

NUNTIA



PONTIFICIA COMMISSIO
CODICI IURIS CANONICI ORIENTALIS
RECOGNOSCENDO

NUNTIA

*Directio: PONTIFICA COMMISSIO CODICI IURIS
CANONICI ORIENTALIS RECOGNOSCENDO*

VIA DELLA CONCILIAZIONE, 34 - 00193 ROMA

Administratio: LIBRERIA EDITRICE VATICANA - CITTÀ DEL VATICANO

1979

INDEX

	PAG.
Labor Consultorum Commissionis circa canones de Matrimonio (Mons. Joseph Prader, Relator).....	3
Progetto di schema <i>De Monachis ceterisque Religiosis necnon de sodalibus Institutorum vitae consecratae</i> (Rev. Giorgio Orioli, Consultor).....	30
Clerical Formation and Seminaries (George Nedungatt S. J., Rela- tor)	68
<i>Testi iniziali per la revisione dei canoni De beneficiis ecclesiasticis e De processibus administrativis</i> (curavit Ivan Žužek S. J.).....	85
Nostre Informazioni.....	101

*Tres naviculae symbolice plures Ecclesias Orientales sui iuris significant
quae eadem directione — codice communi nempe — per mare vitae animas
ad salutem ducunt ut πηδάλιον, kormčaja, al-huda.*

NUNTIA

PONTIFICIA COMMISSIO
CODICI IURIS CANONICI ORIENTALIS
RECOGNOSCENDO

TIPOGRAFICA POMPEI S.p.A.

LABOR CONSULTORUM COMMISSIONIS CIRCA CANONES DE MATRIMONIO

Prima communicatio de laboribus Consultorum circa canones «De Matrimonio» recognoscendos, publici iuris facta in *Nuntia* n. 2, 1976, 21-30, complectebatur caput IV Motu proprio «Crebrae allatae»; *de impedimentis dirimentibus*, quae Coetus a studiis pertractavit in Sessione diebus 7-12 apr. 1975 habita. Altera communicatio de disceptatione consultorum Commissionis circa «legem matrimoniale applicandam» invenitur in *Nuntia* n. 5, 1977, 52-62.

In hac relatione communicatur opera Consultorum de recognitione canonum 1-24 et 72-131 Motu proprio «Crebrae allatae» (CA) in sessionibus dd. 9-20 febr. 1976 et 14-25 martii 1977 peracta.

Quod attinet ad dispositionem systematicam canonum, omnes Consultores convenerunt ut pro nunc retineatur ordinatio systematica in CA contenta. Immutatio aliqua proponitur circa ordinem canonum praeliminarium, circa abrogationem impedimentorum prohibentium et introductionem novae sectionis de matrimoniis cum non catholicis. Insuper canones 79-82 CA e capite de consensu in caput de forma trasferuntur quia potius formam manifestationis consensus respiciunt quam substantiam actus. Immutatio maioris momenti proponitur novis canonibus (post can. 5 CA) «de lege matrimoniali applicanda».

Canones recogniti in hoc schemate indicantur numeris continuis; canones MP «Crebrae allatae» numeris in uncinis positis indicantur.

DE NOTIONE MATRIMONII

Can. 1 (can. 1 et 2 CA)

§ 1. Matrimonium uti intima communitas vitae et amoris inter virum et mulierem a Creatore condita suisque legibus instructa foedere coniugii seu irrevocabili consensu personali instauratur atque indole sua naturali ad bonum coniugum ac ad prolis procreationem et educationem ordinatur.

§ 2. Ex Christi institutione matrimonium validum inter baptizatos est eo ipso sacramentum, quo coniuges roborantur et veluti consecrantur ut propriam communionem amoris ita vivant sint fidelis imago indefectibilis unionis Christi cum Ecclesia.

§ 3. Essentiales matrimonii proprietates sunt unitas et indissolubilitas, quae in matrimonio inter baptizatos peculiarem obtinent firmitatem ratione sacramenti.

Relator proponit ut § 1 ponatur notio matrimonii naturalis et in § 2 notio matrimonii-sacramenti; in § 3 dicatur quaenam sunt proprietates essentiales matrimonii. Hic novus ordo Consultoribus placet.

In formula § 1 a Consultoribus acceptata, matrimonium secundum doctrinam Concilii Vaticani II (Const. «Gaudium et spes» n. 48), in obliquo definitur «intima communitas vitae et amoris inter virum et mulierem a Creatore condita suisque legibus instructa». Ceterum notio matrimonii uti «communio vitae coniugalis» (can. 117 CA), «communio vitae» (can. 73 § 1 CA), «societas permanens inter virum et mulierem» (can. 73 § 1 CA) est tritissima in iure vigente et in doctrina canonica quae etiam sequentes formulas ex iure romano mutuavit: «consortium omnis vitae» (D. 23, 2, 1) et «coniunctio viri et mulieris consuetudinem vitae continens» (Inst. 1, 9, 1).

Textus relatus in § 1 affirmat duplarem esse causam matrimonii: a) Deum, quatenus communitas coniugalis est «a Creatore condita suisque legibus instructa»; b) coniuges, quatenus matrimonium eorum «foedere coniugii seu irrevocabili consensu personali instauratur». Terminus biblicus «foedus» loco «contractus» in Const. «Gaudium et spes» additus est intuitu praesertim Orientalium, sed idem significat ac «irrevocabilis consensus personalis» quo matrimonium initur. Hic ergo actus irrevocabilis quatenus, semel praestitūs, revocari non potest. Vinculum matrimoniale non desinit existere etiam si cessa voluntas coniugum manendi in intima communitate vitae coniugalis.

Loco can. 2 § 1 CA ubi recensio finis primarii et secundarii matrimonii habetur, in schemate proposito dicitur: «matrimonium... indole sua naturali ad bonum coniugum ac ad prolis procreationem et educationem ordinatur». Verba «ad bonum coniugum», ex Constitutione «Gaudium et Spes» n. 48 deprompta, inserta sunt ut finis personalis matrimonii adequate exprimatur. Can. 1 CA de matrimonio sacramento fit § 2 novi can. 1. Consultores proponunt, ut textus vigens «Christus Dominus ad sacramenti dignitatem evexit ipsum contractum matrimoniale inter baptizatos» hac nova formula substituatur: «Ex Christi institutione matrimonium validum inter baptizatos est eo ipso sacramentum...». Ipsi demum in eo conveniunt, ut in schemate non adhibeatur verbum «contractus». Verba «eo ipso» canonis 1 CA retenta sunt, quia, attenta doctrina catholica, validitas sacramenti matrimonii non dependet a gradu intensitatis fidei coniugum sed a baptismo. Ideoque affirmatur in canone duos baptizatos inire non posse validum matrimonium quin sit «eo ipso» sacramentum.

Consultores alterum comma § 2 convenienter addendum esse iudicant, ut exprimatur matrimonium fundari in mysterio unitatis et fecundi amoris inter Christum et Ecclesiam quod coniuges, virtute matrimonii sacramenti, significant et participant (cf. Eph. 32, 5; «Lumen Gentium» n. 11, 2).

Propositum fuit ut ultima verba («quae... ratione sacramenti») omittantur, cum absoluta indissolubilitas matrimonii obtineatur nonnisi postquam matrimonium sacramentale consummatum est. Haec propositio tamen Coetus a studiis non placuit, cum in canone de «absoluta indissolubilitate» matrimonii non agitur directe, sed de «peculiari firmitate» eius, quae a solo sacramento dependet.

Can. 2 (can. 3 CA)

Matrimonium gaudet favore iuris; quare in dubio standum est pro validitate matrimonii, donec contrarium probetur.

Consultores votum faciunt, ut servetur norma de favore quo gaudet matrimonium seu de praesumptione validitatis. Aliqui tamen censem canonem suum locum habere in sectione de iure processuali.

Item Consultores votum faciunt ut *can. 4 CA* quo diversae species matrimonii definiuntur, omittendus sit. Vox «ratum» quae significat matrimonium inter baptizatos nondum consummatione completum, in traditione orientali non habetur et vix recte intelligitur ab orientalibus non-catholicis. Nec placet definitio «matrimonii consummati» prout in canone habetur. Nam si definitur in quo consummatio consistat, dicatur oportet etiam quaenam sint elementa quae copulam perfectam constituunt. Sed talis descriptio in Codicem Orientalem recipienda esse non videtur. Et Consultores censem sufficere, ut alio in loco (*can. 107 CA*) dicatur matrimonium sacramentale consummatum nonnisi morte dissolvi posse et (*can. 108 CA*) servandas esse normas speciales Sedis Apostolicae, ad obtainendam dissolutionem matrimonii non consummati. Item Consultores propoununt abolitionem definitionis «matrimonii legitimi» et «matrimonii putativi». Ratio est: significatio termini «legitimum» et «putativum» in historia iuris pluries mutata est praesertim in Occidente. Insuper hae notiones in iure vigenti applicationem practicam vix habent: in quantum vero facile alio modo in locis respectivis hoc enuntiari potest.

Can. 3 (can. 5 CA)

De hoc canone recognoscendo ampla discussio facta est a Consultoribus in Sessione 1977 (cf. *Nuntia 5*, 1977, 52-62) et iterum in Sessione anni 1978. Norma *can. 5 CA* tria asseruntur, nempe matrimonium baptizatorum (sive sint catholici sive non catholici) primo regi iure divino positivo aut naturali (prout ab Ecclesia declaratur), secundo iure canonico seu stricte ecclesiastico, tertio iure civili quantum attinet ad effectus mere civiles. Attenta hac norma, dubium vix fuit in doctrina usque ad Concilium Vaticanum II, quin leges matrimoniales pro Orientalibus catholicis latae afficiant etiam christianos orientales non catholicos, excepto *can. 90 § 2 CA* de forma celebra-

tionis matrimonii. Post Concilium Vaticanum II haec doctrina sic et simpliciter amplius sustineri nequit. Ideoque pro Codice futuro praevidetur sequens principium generale, in Sessione Plenaria Memborum Commissionis diei 23 martii 1974 approbatum: «il futuro Codice dichiarerà di valere solo per coloro che appartengono legittimamente ad una Chiesa Orientale Cattolica» (cfr. *Nuntia* 3, 1976, 5). Ceteroquin etiam can. 7 § 2 schematis de Lege Ecclesiae Fundamentali editetur «acatholicos ordinationibus mere ecclesiasticis non obligari, nisi aliud statuatur» (cf. *Communicationes*, vol. IX, 1977, 136). Cum ita sit, Consultores censem textum CA can. 5 manere non posse sicuti est, quia exceptionem contineret de principio quo statuitur CICO obligare nonnisi orientales catholicos. Quam ob rem Consultores censem addendam esse hanc clausulam «et salvis praescriptis canonum quae sequuntur». Posita hac clausula nihil obstat, quin haec altera inseratur in textum: «*etsi una tantum pars sit baptizata*». Et ideo Consultores hunc novum textum proponunt: «*Matrimonium baptizatorum, etsi una tantum pars sit baptizata, regitur non solum iure divino, sed etiam canonico, salva competentia civilis potestatis circa mere civiles eiusdem matrimonii effectus et salvis praescriptis canonum quae sequuntur*».

Consultoribus visum est christianos non catholicos, in re matrimoniali, praeterquam a normis mere praceptivis aut prohibitivis et a forma catholica celebrationis, eximendos esse ab omnibus impedimentis dirimentibus iuris ecclesiastici, non vero a legibus de defectibus aut vitiis consensus, de solutio-ne vinculi, de convalidatione et sanatione in radice, quatenus de normis agitur quae ius divinum positivum aut naturale contineant vel ipsa rei natura etiam ipsos affiant.

Quaestio autem magni momenti haec est: quaenam lex applicanda est, ubi Ecclesia iudicare debet de validitate matrimonii initi personas quae impe-dimentis iuris mere ecclesiastici et forma catholica celebrationis non tenen-tur. Si nihil de hac re in novo iure matrimoniali invenitur, magna lacuna ha-betur. Haec lacuna impleri potest solummodo norma positiva qua expresse statuatur quaenam leges attendenda sunt quoad habilitatem non catholicorum ad matrimonium ineundum eiusdemque matrimonii formam celebratio-nis. Non agitur hic de lege quadam ferenda pro catholicis, sed de norma ob-servanda a catholicis qui de re iudicare debent. Nec agitur de «canonizatio-ne» legum non catholicarum, sed de mera acceptatione formalis disciplinae qua non catholicci de facto tenentur. Concilium Vaticanum II Decreto «Uni-tatis redintegratio» (n. 16) explicite declaravit «Ecclesias Orientis facultatem habere se secundum proprias disciplinas regendi». Cum ita sit, in iudicanda validitate matrimonii orthodoxorum, saltem quod attinet ad impedimenta iuris mere ecclesiastici et ad formam celebrationis, quae semper ritum sacrum requirit, attendenda est disciplina illius Ecclesiae ad quam partes pertinent. Diverso modo res se habet *apud Ecclesias et Communidades ecclesiales occi-dentales*. Protestantes negant matrimonium esse sacramentum idque genera-

tim ut contractum civilem auctoritati saeculari subiectum declarant praepri-
mis quod attinet ad impedimenta iuris humani. Quoad formam celebrationis
penes omnes Communitates ecclesiales forma publica, sive religiosa sive civi-
lis, ad validitatem matrimonii requiritur, exclusa qualibet clandestinitate seu
forma privata. Cum haec ordinamenta iuridica sacramentum non tangunt,
difficultas non adesse videtur quin Ecclesia has leges agnoscat. Etenim si
christiani non catholici exempti sunt a lege formae canonicae et ab impedi-
mentis iuris mere ecclesiastici, ex natura rei disciplina propria regantur oportet,
quae attendenda est, alioquin eorum matrimonium quod independenter
a charactere sacramentali est realitas socialis maximi momenti, moderatum
esset, quod attinet ad impedimenta et formam, solo iure naturali non vero le-
gibus humanis. Conflictus iuris essent inevitables quia plura matrimonia
acatholicorum iure proprio invalida ex defectu formae aut obstante impedi-
mento dirimente, valida retineri possent iure canonico. Ad hos conflictus evi-
tandos norma positiva de lege applicanda requiritur.

Ad *matrimonium inter non baptizatos* quod attinet, hodie in doctrina
sententia omnino certa propugnatur, iuxta quam auctoritati civili competit
ius statuendi tum formam servandam, tum impedimenta etiam dirimentia,
dummodo iuri divino non sint contraria. Sed nihil de hac re continetur in iure
vigenti praeterquam norma negativa can. 12 CIC: «Legibus mere ecclesiasti-
cis non tenentur qui baptismum non receperunt». Cum norma positiva de le-
ge applicanda desit, quis sequi potest etiam sententiam probabilem iuxta
quam *matrimonium inter non baptizatos* regitur solo iure naturali. Ideoque
ad incertitudines vitandas dicatur in novo Codice quaenam lex applicanda sit
ubi Ecclesia iudicare debet de matrimoniis non catholicorum.

His omnibus discussis Consultores hunc textum proponunt:

Can. 4 (novus)

Ubi Ecclesia iudicare debet de validitate matrimonii initi inter personas
quae legibus mere ecclesiasticis non tenentur, normae sequentes servandae
sunt:

1º Quod attinet ad impedimenta quae non sunt iuris divini positivi aut
naturalis attendendae sunt leges quibus ipsae tenentur;

2º Quod attinet ad formam celebrationis matrimonii Ecclesia agnoscit
quamlibet formam lege praescriptam vel agnitam cui partes tempore celebra-
tionis matrimonii subiectae fuerint, dummodo consensus expressus sit forma
pubblica et, ubi una saltem pars sit christiana non catholica orientalis, matri-
monium initum fuerit ritu sacro, salvo praescripto CA can. 89.

Deinde Relator exponit alteram quaestionem iam in Sessione anni pree-
cedentis agitatam, nempe utrum baptizati non catholici qui cum catholicis
matrimonium ineunt coram Ecclesia, impedimentis mere ecclesiasticis te-
neantur, an ratio habenda sit de impedimentis iure proprio statutis, quo de
facto tenentur. Attento iure matrimoniali orientali vigenti liquet impedi-
menta etiam hoc in casu exclusive regi iure catholico. Decretum «Orientalium
Ecclesiarum», n. 18 et Decretum «Crescens matrimoniorum» Sacrae Con-

gregationis pro Ecclesiis Orientalibus diei 22 febr. 1967 statuunt; si pars catholica matrimonium init cum parte non catholica ritus orientalis, forma canonica celebrationis servanda est tantum ad liceitatem; ad validitatem sufficit praesentia ministri sacri, *servatis de iure servandis*. Postrema verba significare videntur ut servanda sint, et quidem exclusive uti in iure vigenti, cetera praescripta iuris matrimonialis catholici. Putamus hanc sententiam in novo iure non esse admittendam, alioquin elideretur causa motiva Decreti Conciliaris quo Legislator inductus est ad hanc novam disciplinam de matrimoniis mixtis statuendam, nempe «ad praecavenda matrimonia invalida et ad consulendum nuptiarum firmitati et sanctitati». Puta exemplum: si catholicus orientalis vel latinus iure suo habilis, matrimonium ineat cum muliere orthodoxa 16 annos nata, cuius lex propria tamen praescribit aetatem 18 annorum ad valide contrahendum, matrimonium validum est iure catholico, invalidum vero coram Ecclesia orthodoxa, nisi dispensatio a defectu aetatis concessa fuerit. Sed matrimonium claudicare non debet. Ad eius validatem habilitas utriusque partis requiritur attento CA can. 26 § 3 quo statuitur: «Impedimentum quamvis ex alterutra tantum parte se habeat, matrimonium tamen reddit aut illicitum aut invalidum». Si hoc principium, iure naturali fundatum, applicari debet matrimonio inter catholicos, sive eiusdem sive mixti ritus sint, applicari deberet, ut videtur, etiam matrimonio inter catholicum et fidelem qui in communione minus plena cum Ecclesia catholica constitutus est, salvo iure divino. Iam vero admittendum non esset, ut matrimonium validum sit pro una parte, invalidum tamen pro altera. Ceteroquin leges civiles, ad hos conflictus praecavendos, hodie, quantum attinet ad habilitatem contrahentium, rationem habent legis personalis utriusque partis.

A fortiori principium CA can. 26 § 3 applicandum esse videtur matrimonio mixto inter catholicum et non baptizatum. Secundum doctrinam tamen matrimonium baptizatorum «etsi una tantum pars sit baptizata», attento CA can. 5 exclusive potestati Ecclesiae subiacet; ideoque in praxi Ecclesia hac in re ab impedimento disparitatis cultus dispensans, rationem vix habet impedimenti cuiusvis generis iuris civilis quo pars non baptizata tenetur. Aliqui auctores affirmant Ecclesiam exclusive esse competentem solummodo si intercedit impedimentum iuris civilis relativum, non autem si obstat impedimentum absolutum (e. gr. aetas). Iuxta alios vero auctoritas civilis competens est sive agatur de impedimento absoluto sive relativo. Quandiu hac in re norma positiva desit, sive una sive altera sententia probabilitate gaudet. Unde facile accidere potest, ut idem idemque matrimonium inter partem catholicam habilem et partem non baptizatam iure civili inhabilem ab auctoritate ecclesiastica, quae dispensationem ab impedimento disparitatis cultus concessit, tamquam validum habeatur, ab aliquo tribunali ecclesiastico autem invalidum declaretur vi CA can. 26 § 3. Iuxta doctrinam de «exclusiva competentia Ecclesiae», matrimonium in casu coram Ecclesia validum est, invalidum autem iure civili in illis Statibus (sunt fere duo tertiae partes) ubi matrimonium religiosum quoad effectus civiles agnoscitur sub condicione ut utraque pars libera sit ab impedimentis lege civili statutis. (Problema non exsurgit

in illis regionibus, ubi omnibus indiscriminatim imponitur matrimonium civile antequam coram Ecclesia celebretur.) luxta alteram sententiam vero, matrimonium invalidum est tum in foro Ecclesiae tum in foro civili. Hanc alteram sententiam veram esse censemus; si enim admittimus (prout hodie ab omnibus reapse admittitur) auctoritatem civilem iure originario competentem esse ad impedimenta statuenda pro suis subditis non baptizatis, necessario sequitur matrimonium in casu esse invalidum vi CA can. 26 § 3, nisi auctoritas civilis suo subdito non baptizato dispensationem concederet. Auctoritas ecclesiastica dispensationem ad effectus civiles obtinendos concedere non valet; potest autem Ecclesia, vi plenitudinis suae potestatis, eam concedere ad effectus ecclesiasticos. Si Ecclesia ex privilegio fidei solvere potest non baptizatum a vinculo matrimonii validi, eo magis potest eum, gravi de causa, liberum declarare ab impedimento iure civili statuto ita ut valide matrimonium inire possit coram Ecclesia cum parte catholica. Fatendum est, quod istae omnes quaestiones facilis solutionis saepe non sunt. Tamen firmitas et sanctitas matrimonii exigunt, ut conflictus inter ius canonicum et legislationem, cui pars non catholica de facto subiecta est et qua propria conscientia tenetur, praecaveantur. Bonum publicum in Ecclesia et salus animarum requirit, ut matrimonium inter personas, quae legislationibus diversis subiciuntur, validum sit non solum coram Ecclesia catholica, sed etiam coram Communitate ecclesiali non catholica et coram societate civili. Hoc obtinebitur, si lex canonica rationem habet legis personalis utriusque partis quod attinet ad habilitatem matrimonium ineundi.

Post amplam de hac quaestione discussionem Consultores hunc textum proponunt:

Can. 5 (novus)

In matrimonio ineundo inter partem baptizatam in Ecclesia Catholica vel in eandem receptam et partem baptizatam quae ad plenam communio nem cum Ecclesia Catholica non pervenerit, aut partem non baptizatam, quod attinet ad impedimenta quae non sunt iuris positivi divini vel naturalis, lex propria utriusque partis servetur, a qua tamen auctoritas catholica dispensare potest.

DE SPONSALIBUS

Can. 6 (can. 6 et 7 CA)

Sponsalia quae laudabiliter matrimonio praemittuntur ex antiquissima Orientis traditione, reguntur legibus ab auctoritate legislativa uniuscuiusque Ecclesiae sui iuris latis.

Ita Consultores proponunt, ut institutum sponsalium quod apud Orientales in moribus populorum persentitur et magis indolem religiosam habet, iuri particulari remittatur.

DE IIS QUAE MATRIMONIO PRAEMITTI DEBENT

Can. 7 (can. 8 CA)

Loco CA can. 8 Consultores hunc textum proponunt:

Pastores animarum vi officii tenentur, ut omnes fideles de matrimonio christiano et de obligationibus coniugum inter se et erga prolem instruantur secundum normas ab auctoritate ecclesiastica statutas.

Can. 8 (can. 9 CA)

§ 1. Pastorum animarum officium est pro tempore locorumque necessitatibus omnia pericula a matrimonio invalide ac illicite celebrando remediis opportunis arcere; ideoque antequam matrimonium celebretur constare debet nihil eius validae ac licitae celebrationi obsistere.

§ 2. In periculo mortis vel, consulto Hierarcha loci, in casu urgentis celebrationis, si aliae probationes haberi nequeant, sufficit, nisi contraria ad sint indicia, affirmatio contrahentium, et si casus ferat etiam iurata, se baptizatos fuisse et nullo detineri impedimento.

Consultores concordant ut in § 2 can. 9 CA inseratur clausula «in casu urgentis celebrationis» dummodo addatur etiam «consulto Hierarcha loci».

Unus Consultor proponit ut tamquam § 3 addatur sequens textus: «Soluto vinculo prioris matrimonii, non licet aliud contrahere antequam de prioris nullitate aut solutione certe et legitime constet». Post brevem discussiōnem Consultores concordant circa textum propositum, putant tamen hoc in capite locum idoneum textui non esse, sed potius sub capite de dissolutione vinculi.

Can. 9 (can. 10 CA)

Loco CA can. 10 sequens textus a Consultoribus proponitur:

Iure particulari singularum Ecclesiarum, collatis consiliis Hierarcharum in eodem territorio iurisdictionem habentium, normae statuantur de examine sponsorum et de aliis mediis ad investigationes, praecipue quod ad baptismum et ad statum liberum spectat, quae ante matrimonium peragendae sunt et quibus diligenter observatis procedi possit ad matrimonii celebrationem.

Inter media investigationis apud nonnullas Ecclesias orientales habentur etiam publicationes. Sed in Codice de publicationibus mentio facienda non sit, uti Relator proponit, quia hoc institutum in Oriente semper iure particulari ordinabatur. Finis ad quem publicationes diriguntur, hodie alio modo (praeprimis per documenta) obtineri potest. Consultores omnes de hac re concordant et ideo proponunt ut omittantur CA can. 12, 13, 14, 15, 16 et 18. Item omittitur CA can. 11 § 2 de sacramento chrismatis recipiendo ante matrimonium, quia alibi, sub capite de chrismatione sancti myri, de re sufficienter provisum est.

Can. 10 (can. 17 CA)

Omnis fideles obligatione tenentur impedimenta, si qua norint, parocho aut loci Hierarchae ante matrimonii celebrationem revelandi.

Aliquis Consultor censem hanc normam esse supervacaneam et ideo supprimendam. Tamen maiori parti videtur canonem esse servandum.

Can. 11 (can. 19 CA)

Si aliis parochus investigationes peregerit, de harum exitu statim per authenticum documentum certiore faciat sacerdotem, qui matrimonium benedicere debet.

Consultores concordant circa suppressionem normae CA can. 20 quae, si casus ferat, iuri particulari reservanda est.

Can. 12 (can. 21 CA)

Si quod dubium post accuratas investigationes adhuc superest de existentia impedimenti, parochus rem ad Hierarcham loci deferat.

Consultores consentiunt hac nova formula quae ad modum simpliciorum reducit CA can. 21.

Can. 13 (can. 22 CA)

Sacerdos sine licentia Hierarchae loci ne benedicat:

- 1) matrimonium vagorum;
- 2) matrimonium quod ad normam legis civilis agnoscit vel celebrari negavit;
- 3) matrimonium eius qui obligationibus tenetur naturalibus erga tertiam partem filiosve ex praecedenti unione cum illa parte ortos;
- 4) matrimonium eius qui notorie catholicam fidem abiecerit;
- 5) matrimonium filii familias minoris, insciis aut rationabiliter invitatis parentibus;
- 6) matrimonium eius qui sententia ecclesiastica vetatur ad novas nuptias transeundi, nisi quasdam condiciones adimpleat.

Hac formula praescriptum CA can. 22 quo pro celebratione matrimonii vagorum licentia Hierarchae loci requiritur, ad alios casus extenditur. Prae-primis provideatur oportet, ut matrimonium a societate civili agnoscat. Saeculis praeteritis in permultis Statibus matrimonia coram auctoritate religiosa inita valida habebantur etiam coram societate civili. Leges civiles proficisciabantur a validitate matrimonii prout fuerit ordinatum ab auctoritatibus religiosis. Hodie talis condicio plene ne quidem in illis Statibus habetur, ubi viget sistema matrimonii religiosi obligatorii, nec in illis, ubi per Concordatum inter Sanctam Sedem et Gubernium matrimonio catholico utpote iure canonico ordinato effectus civiles attribuuntur, siquidem certa impedimenta et solemnitates lege civili statutae serventur oportet ut matrimonium quoad effectus civiles agnoscat. In pluribus Statibus viget sistema matrimonii ci-

vilis obligatorii, ita ut nupturientes in foro civili matrimonium inire debent antequam matrimonium celebrent coram Ecclesia. In omnibus aliis Statibus (maior pars omnium) sistema matrimonii facultativi, religiosi vel civilis, vigeat ita ut matrimonium coram ministro religionis celebratum effectus civiles consequi valet, dummodo, quod attinet ad condiciones habilitatis partium necnon ad quasdam solemnitates transcriptionis, leges civiles serventur. Si quae impedimenta iuris civilis obstant, dispensatio civilis requirit, qua omis- sa matrimonium iure civili non exsistit.

Sub n. 5 canonis propositi consideratur casus matrimonii minorum de quo in CA can. 24. In iure orientali vigenti (attento can. 17 § 1 MA «Cleri sanctitati») minor est persona quae duodevigesimum annum nondum complevit. Quam ob rem, si in futuro Codice aetas minima ad matrimonium valide ineundum provehatur ad 18 annos pro viro, ad 16 pro muliere, uti propositum est a Consultoribus (cf. *Nuntia* 2, 1976, 22), aetas maior pro viro coincidit cum aetate ad validitatem matrimonii praescripta. Impedimentum defectus aetatis, prouti nunc proponitur, ad leges civiles hodiernas magis accep- dit. In plurimis Statibus Proximi et Medii Orientis necnon in multis Statibus modernis Occidentis aetas maior coincidit cum aetate praescripta ad matri- monium valide ineundum. Cum ita sit, aliquis Consultor autumnat praescriptum n. 5 iuridice nihil efficere. Etenim si iure civili persona est maior, iure ecclesiastico vero minor, Hierarcha loci vix poterit prohibere matrimo- nium. Si persona iure civili est minor et auctoritas civilis, invitis parentibus, licentiam negat ad matrimonium contrahendum, Hierarcha loci vix poterit permittere matrimonium quod effectibus civilibus caret.

Can. 14 (can. 23 CA)

§ 1. Parochus sponsos, secundum diversarum personarum condicio- nem, doceat sanctitatem matrimonii, mutuas coniugum obligationes et obli- gationes parentum erga prolem.

§ 2. Adhortentur sponsi ut ante matrimonii celebrationem peccata dili- genter confiteantur et Divinam Eucharistiam pie recipient.

Maior pars Consultorum votum facit ut textus CA can. 23 retineatur, sed in duos paragraphos dividatur. Tamen 5 Consultores contra 7, uno ab- stinente, proponunt ut § 1 componatur cum novo can. 7 (can. 8 CA) ubi ser- mo est de praeparatione pastorali ad matrimonium. Item 5 Consultores contra septem proponunt ut § 2 supprimatur, quia de hac praeparatione iam in Directoriis pastoralibus providetur.

Can. 24 CA supprimatur, quia iam provisum in can. 13 de quo supra.

DE IMPEDIMENTIS IN GENERE

Canones recogniti huius capituli sunt decem (can. 15-24). De opere reco- gnitionis in Sessione d. 27 febr. - 10 martii 1978 peracta, in alio numero huius ephemeridis referatur.

DE IMPEDIMENTIS IN SPECIE

Cum Consultores in eo convenerint, ut supprimantur in iure communi impedimenta prohibentia, hoc caput inscribitur rubrica « de impedimentis in specie » quae omnia sunt dirimentia. Unicum impedimentum prohibens matrimonium inter orientalem catholicum et christianum non catholicum qui non sit orientalis, sub novo capite « de matrimonio cum non catholicis » ponatur.

Relatio laboris recognitionis undecim canonum (25-35) de impedimentis dirimentibus publici iuris facta est in *Nuntia* 2, 1976, 21-30. In secunda Sessione, diebus 7-12 aprilis 1975 habita, Coetus divisus mansit circa recognitionem CA can. 62 de impedimento ordinis sacri, can. 63 de impedimento voti, can. 70 de impedimento cognationis spiritualis, can. 71 de impedimento adoptionis. Ideoque Consultores hos canones denuo examinaverunt in subsequentibus sessionibus uti in votis fuit Coetus centralis.

Quod attinet ad *impedimentum ordinis sacri*, re denuo discussa, Consultores hunc textum can. 26 (can. 62 CA) proponunt:

§ 1. Matrimonium invalide attentant qui in sacris ordinibus sunt constituti.

§ 2. Diaconi qui coniugati ordinem sacrum assumpserunt, impedimento de quo in § 1 non tenentur.

Novus textus can. 63 de *impedimento voti publici castitatis*, in tertia Sessione propositus, in suffragatione obtinuit 5 placet, 4 non placet, uno abstinent. Textus fuit sequens:

«Invalide matrimonium attentant qui voto publico perpetuo castitatis adstricti sunt».

Relator exposuit hanc formulam (propositam in voto «De Matrimonio Sacramento» Conc. Vat. II) comprehendere tum votum castitatis in professione maiore quae semper est perpetua, seu solemnem emissum, tum votum perpetuae castitatis in professione simplici seu minore emissum quae in iure vigenti (can. 48 CA) est impedimentum prohibens nisi speciali Sedis Apostolicae praescripto pro aliquibus ut dirimens statutum fuerit. Secundum textum propositum in sessionibus praecedentibus elaboratum radix impedimenti est votum publicum perpetuum castitatis. Sed plures Consultores sententiam exprimunt non solummodo votum castitatis, sed, attenta antiqua disciplina, quae adhuc viget apud Orthodoxos, ipsam assumptionem statum monastici vel religiosi impedimentum dirimens constituere. Et ideo hanc formulam proponunt: «Invalide matrimonium attentant qui ad statum monachalem vel religiosum professione perpetua adstricti sunt». Alius vero vult, ut dicatur: «Invalide matrimonium attentant qui in statu religioso sunt». Post iteratam discussionem, Relator dicit diversas sententias in unam concordari posse si dicatur: «Invalide matrimonium attentant qui statum religiosum *definitive* assumpserunt». Etenim in statum religiosum quis assumitur professione religiosa. Nulla habetur iam in traditione antiquissima professio religiosa sine voto perpetuo perfectae castitatis de quo Sanctus Theodorus Studi-

ta dicit: «Monachorum habitus virginitatis est professio» (PG 99, 1523). Hoc votum ex natura rei obligationem inducit incompatibilem cum statu matrimoniali; quam ob rem, iam in antiquissimā traditione, matrimonia eorum qui voto castitatis adstricti sunt graviter prohibentur et poenae severae a Conciliis statuuntur contra violatores (can. 16 Chalced.; can. 19 Ancyra; can. 44 Trull.). Legislator uti impedimentum dirimens statuere potest aut votum publicum perpetuum perfectae castitatis (quod sine adscriptione ad statum religiosum haberi nequit) aut statum religiosum definitive assumptum (quod sine votis perpetuis haberi nequit). In assumptione status monachalis, praeter votum castitatis perfectae, iam a temporibus S. Basilii aliae quoque obligationes continentur, praeprimis paupertatis et oboedientiae (S. Basil.: PG 31; S. Theod. Studita: PG 31, 1401 s., 1022). Tria vota, castitatis perfectae, paupertatis et oboedientiae, professione religiosa implicite vel explicite emissa adeo essentialia sunt statui religioso ut sine eis consistere nequeat. Hoc extra controversiam est tum in iure antiquo tum in iure vigenti. Et ideo ipsa professio seu assumptio status religiosi personam inhabilem reddit ad matrimonium. Sed ratio non esse videtur, cur professio temporanea ut impedimentum statuatur, com sodalis tempore elapso liber sit relinquendi statum religiosum, aut Superiores eum excludere possint a renovatione professionis, aut, etsi tempus professionis elapsum non sit, vinculum casset ipso iure per saecularizationem aut dimissionem. Hinc in votis est Consultorum ut status religiosus impedimentum dirimens sit tantummodo si definitive assumptus fuerit. Ideoque censem dici non posse: «Invalide matrimonium attenant qui in statu religioso sunt». Nam saecundum hanc formulam etiam professio temporanea impedimentum dirimens est. Opportet ut dicatur assumptionem *definitivam* status religiosi impedimentum constituere. His omnibus discussis Consultores hunc textum can. 29 (can. 63 CA) proponunt: «Invalide matrimonium attenant qui statum monasticum vel religiosum, de quo in can. 1 «*de Monachis ceterisque religiosis*» definitive ad normam iuris assumpserunt».

Circa *impedimentum cognationis spiritualis*, de quo in CA can. 70 Coetus, iterata discussione peracta, divisus manet. Iure orientali impedimentum non exsistit inter baptizatum et baptizantem. Exsistit vero inter baptizatum et patrinum, necnon inter patrinum et parentes baptizati. Ideoque norma CA can. 70 respondet ad ius antiquum. Ratio impedimenti in iure antiquo haec est: ad patrinum cura vitae spiritualis seu educatio religiosa baptizati spectabat, parentibus vero cura praeprimis vitae naturalis; «Spiritualis affinitas corporum connectione maior est» (can. 53 Trull.). Hodie vero figura patrini tamquam «ministri christianitatis» vix concipitur. Itaque fundamentum impedimenti videtur deesse. His expositis Relator proponit abrogationem impedimenti quemadmodum propositum est iam in Concilio Vaticano I et denuo in Concilio Vaticano II (cf. Schema Voti «de Matrimonii Sacramento»).

Alii tamen Consultores volunt ut impedimentum retineatur, ratione habita praeprimis principii oecumenici. Re denuo discussa in Sessione d. 8 martii 1978, septem Consultores votum faciunt, ut impedimentum maneat ut iacet in CA can. 70, contrariis quinque et uno abstinenti.

Circa quaestionem in Sessionibus praecedentibus positam, utrum necne abrogandum sit *impedimentum dirimens adoptionis et tutelae* de quo in can. 71 CA, Consultores concordant circa abrogationem tum impedimenti dirimentis tutelae de quo in can. 71 quod viget solummodo in duobus legislatibus civilibus (Graeciae et Taiwan) tum impedimenti prohibentis adoptionis de quo in CA can. 49. Quod attinet ad impedimentum dirimens adoptionis in Sessione praecedenti variae fuerunt sententiae Consultorum. Relator proposuit, ut CA can. 71 abrogetur et dicatur in CA can. 22 «*Parochus sine licentia Hierarchae loci non assistat 1° matrimonio vagorum; 2° matrimonio, quod, obstante aliquo impedimento civili, quoad effectus civiles agnosci nequit aut lege civili vetatur».*

Exitus suffragationis fuit: affirmative 5, negative 5, abstinet 1. Aliqui Consultores proponunt, ut adoptio tamquam impedimentum ecclesiasticum statuatur, independenter a lege civili. Alii tenent iuri particulari uniuscuiusque Ecclesiae remittendum esse. Sed post iteratam discussionem novem Consultores, duobus abstinentibus, in eo convenerunt, ut, suppresso impedimento tutelae maneat can. 71 § 1 CA et addatur § 2 in quo dicatur: «*Lex civilis de qua in § 1 est illa quae viget in loco celebrationis matrimonii*». Etsi hoc modo norma clarior reddatur, tamen multae difficultates remanent in applicatione legis ob «canonizationem» impedimenti civilis (cf. nostrum articulum in *Nuntia* 2, 1976, 26-30). Ceteroquin videtur parum utilis, imo supervacanea «canonizatio» huiusmodi impedimenti, ob necessitatem duplicitis dispensationis, ecclesiasticae et civilis. Iamvero, examinatis legislationibus civilibus 120 Statuum, constat impedimentum dirimens adoptionis existere in 34; in 18 eorum, ubi adest sistema matrimonii civilis obligatorii, matrimonium religiosum celebrari non posse nisi matrimonium civile praecesserit. In his casibus dispensatio ecclesiastica (quae semper necessaria est etsi dispensatio civilis praecesserit) est mera formalitas, quia illa vix negari potest partibus post initum matrimonium civile. In Statibus ubi viget sistema matrimonii facultativi religiosi vel civilis, aequa necessaria est dispensatio civilis ut matrimonium quoad effectus civiles agnoscatur. Si dispensatio civilis conceditur, dispensatio ecclesiastica vix negari potest. Si vero illa negatur, ista vix concedi potest. In Statibus Proximi Orientis in quibus viget sistema matrimonii religiosi obligatorii, impedimentum adoptionis non exsistit. Habetur tamen in Graecia, sed dispensatio non conceditur (cf. art. 1360 Cod. Civ.); impedimentum cessat solummodo solutione adoptionis. His omnibus iterum consideratis, Consultores proponunt (cum 7 placet, 3 non placet, unus abstinet) ut can. 71 CA abrogetur, cum sufficienter provisum sit in schemate can. 13, n. 2.

DE MATRIMONIO CUM NON CATHOLICIS

canones 36 - 40

Consultores omnes in eo conveniunt, ut tota materia de matrimonii mixtis in capite separato ponatur et quidem post caput de *impedimentis in*

specie. Titulus *de matrimonio cum non catholicis* modo omnino provisorio ponitur. Consultoribus displicet titulus «*de matrimonii mixtis*» sicuti etiam notio «*mixtae religionis*» cum haec terminologia potius denegare videtur arctam cum christianis non catholicis orientalibus communionem in rebus fidei, sacramentorum et vitae christiana; propter hanc peculiarem rationem Consultoribus visum est non ex aequo tractandum esse matrimonium cum Orthodoxis et matrimonium cum christianis non catholicis occidentalibus, seu impedimentum stricto sensu esse tollendum relate ad Orthodoxos. Tamen aliquis interventus auctoritatis ecclesiasticae requiratur oportet, ut in tutto ponatur principium indissolubilitatis matrimonii et educatio catholica prolis.

Circa matrimonium cum christianis non catholicis occidentalibus Consultores in eo convenient, ut in Codicem Orientalem disciplina recipiatur prout recognita est a Pontificia Commissione CIC recognoscendo.

Impedimentum «*disparitatis cultus*» iure orientali vigenti ad omnes baptizatos extenditur. Can. 60 § 1 CA statuit: «*Nullum est matrimonium contractum a persona non baptizata cum persona baptizata*». Coetus Consultorum hanc disciplinam substantialiter retinet, nova formula tamen («*Sine praevia competentis Auctoritatis dispensatione, matrimonium cum non baptizatis valide contrahi nequit*»), sed impedimentum catholicos tantum directe afficit, sicut et totus Codex Orientalis, apostatis non exceptis. Orthodoxi propria disciplina reguntur, uti a Concilio Vaticano II (Decr. Unitatis redintegratio n. 16) declaratur. Porro omnes Ecclesiae Orthodoxae hoc impedimentum absolutum, etiamsi non semper iisdem limitibus circumscripsum, retinent. Quam ob rem matrimonium inter partem orthodoxam et partem non baptizatam, cum iure orthodoxo invalidum sit, invalidum est etiam iure catholico. Protestantes e contra, attento iure latino, libere ineunt matrimonium cum non baptizatis et nullo detinentur impedimento.

DE CONSENSU MATRIMONIALI

Can. 41 (can. 72 CA)

Relator sequentem textum proponit:

§ 1. Consensus matrimonialis est actus voluntatis legitime manifestatus quo vir et mulier, iure habiles, inter se constituunt communitatem vitae coniugalis perpetuam et exclusivam, indole sua naturali ad bonum coniugum et prolem generandam et educandam ordinatam.

§ 2. Consensus nulla humana potestate suppleri valet.

Consultores voto concordant, ut in textum introducantur verba «*ad bonum coniugum*» quemadmodum factum est in can. 1; nam finis essentialis matrimonii et ideo objectum essentiale matrimonii non est tantummodo procreatio et educatio prolis, sed etiam bonum personale coniugum.

Unus Consultor recte observat textum canonis concordandum esse cum can. 1 ubi in § 1 notio matrimonii his verbis definitur: «*Matrimonium uti in-*

tima communitas vitae et amoris inter virum et mulierem, a Creatore condita suisque legibus instructa foedere coniugii seu irrevocabili consensu personali instauratur atque indole sua naturali ad bonum coniugum ac ad prolis procreationem et educationem ordinatur». Atqui, cum obiectum consensus in can. 1 describatur, supervacaneum esse videtur ut idem in can. 39 repetatur. Ergo sufficiat dicere in hoc canone: «Consensus matrimonialis, de quo in can. 1, est actus voluntatis legitime manifestatus, quo vir et mulier, iure habiles, inter se constituunt communitatem vitae coniugalis».

Quod Consultoribus placet.

Can. 42 (novus)

Sunt incapaces matrimonium contrahendi:

1. Qui mentis morbo aut gravi perturbatione animi ita afficiuntur ut matrimonialem consensem, utpote rationis usu carentes, elicere nequeant;
2. Qui laborant gravi defectu discretionis iudicii circa iura et officia matrimonialia tradenda et acceptanda;
3. Qui ob gravem anomaliam physicam obligationes matrimonii essentiales assumere nequeunt.

Haec principia de incapacitate ad consensum matrimoniale, in iure vigenti implicite contenta et in iurisprudentia iam applicata, post iterata profundiora studia, a Commissione latina distincte definita sunt in can. 296 et 297 schematis de Sacramentis (cf. *Communicationes* 1975, XII/1, 41-52). Dum in duobus prioribus casibus ipse actus voluntatis defectu substanciali laborat, in tertio casu actus forte integer est, tamen contrahens incapax est obiectum essentiale consensus implendi, ex quacumque ratione haec incapacitas proveniat: sive ex anomalia psycho-sexuali, sive ex anomalia simpliciter sexuali, sive ex quacumque alia anomalia personalitatis. Quare incapacitas assumendi onera matrimonialia non restringitur ad illam quae provenit «e gravi anomalia psycho-sexuali». Itaque Consultores proponunt ut dicatur «ob gravem anomaliam psychicam».

Can. 43 (can. 73 CA)

§ 1. Ut matrimonialis consensu haberi possit, necesse est ut contrahentes saltem non ignorant matrimonium esse societatem permanentem inter virum et mulierem ad filios procreandos.

§ 2. Haec ignorantia post pubertatem non praesumitur.

Maior pars Consultorum tenet normam vigentem non esse modificandam. Tres tamen volunt ut in § 1 ad verbum «procreandos» addatur: «cooperatione sexuali» et ita colligatur doctrina praevalens in hac re. Iam vero ad validitatem consensus requiritur ut partes necessitatem copulae seu actum per se aptum ad prolis generationem cognoverint. Relate ad requisitam notitiam concursus physici nimia est discrepantia opinionum in doctrina et iurisprudentia. Index opinionum recenset minimistas, medios et maximalistas.

Quam ob rem, si norma manet sicuti est, in iurisprudentia continuabitur illa discrepantia quae provenit ex non plene perspecta natura defectus, qui potius ex errore quam ex ignorantia oritur. Nam ignorantia non operatur nisi per errorem. Can. 73 CA videtur magis respicere errorem quam ignorantiam. Revera in decisionibus de cognita vel minus natura matrimonii, quaerendum non est quod nupturientes sciverint vel non sciverint, sed id quod falso existimaverint. Quam ob rem in can. 73 CA determinetur quod in sexuali provincia cognosci saltem debet ut consensus validus haberi possit.

Consultores in eo convenerunt, ut haec quaestio accuratius examinetur.

Can. 44 (can. 74 CA)

Relator sequentem textum proponit:

§ 1. Error in persona vel in qualitate personae in errorem personae redundans invalidum reddit matrimonium.

§ 2. Error in qualitate personae matrimonium dirimit, si matrimonio ineundo causam dederit et qualitas, per se aut ex adiunctis, nata sit ad communitatem vitae coniugalis graviter perturbandam.

Paragrapho primo norma vigens (CA can. 74 § 1 et § 2 n. 1) continetur. CA § 2 n. 2 de errore in condicione servili supprimatur, quia servitus proprie dicta hodie iam non viget. Sunt tamen aliae qualitates quorum effectus pro coniugio non minoris gravitatis sunt. Quod Ecclesia iure positivo circa errorem de condicione servili praescribit, statuere etiam potest circa errorem in qualitate quae non minus graviter communitatem vitae coniugalis perturbat, uti est e. gr. error de prole non propria, de moribus corruptis alterius partis, de morbo gravi et incurabili et ita porro. Error in huiusmodi qualitatibus apud Orientales iam non solum ab antiquo sed etiam hodie in non paucis regionibus Orientis, ubi nupturientes ante matrimonium vix vel paulisper se noscunt, magni momenti est. Si matrimonium consideratur non tantum ut contractus, sed ut intima communitas vitae, parum refert utrum error in qualitate inductus sit dolo an alio modo absque circumventione alterius partis, sed id quod revera interest, est ut error sit in qualitate magni momenti et ut causam det matrimonio ineundo. His omnibus longe lateque disceptatis, Coetus Consultorum formulam propositam § 2 approbat. Verumtamen, si error gravis in qualitate absque dolo inductus matrimonium reddat invalidum, eo magis effectum irritantem habet error dolo causatus. Itaque Consultores tamquam § 3 hunc textum pro nunc approbant; «Invalidum est matrimonium eius qui matrimonium init deceptus dolo circa aliquam alterius partis qualitatem quae nata est ad communitatem vitae coniugalis graviter perturbandam». Cum vero dolus patratus sit oportet ad obtainendum consensum, Relator tenet formulam § 3 sic esse mutandam: «Error de quo in § 2, dolo causatus, invalidum reddit matrimonium»... Tamen tota quaestio, attentis etiam fontibus iuris orientalis antiqui, ulteriori considerationi subiecta est.

Can. 45 (can. 75 CA)

Error circa matrimonii unitatem vel indissolubilitatem, dummodo non afficiat voluntatem, non vitiat consensum matrimonialem, salvo praescripto can. 43.

Hoc modo proponitur ut CA can. 75 modifetur, primo: supprimantur verba «aut sacramentalem dignitatem», quia indissolubilitas absoluta habetur tantummodo in matrimonio sacramento; secundo: loco clausulae «etsi det causam contractui» nova clausula ponatur «dummodo non afficiat voluntatem». Si error afficit voluntatem servandus est can. 47 § 2 (can. 77 CA); tertio: addatur clausula «salvo praescripto can. 43». Hoc modo can. 45 de errore simplici circa unitatem vel indissolubilitatem in sua relatione ponitur ad can. 43 de ignorantia vel errore circa naturam matrimonii et ad can. 47 de exclusione proprietatis essentialis positivo voluntatis actu.

Can. 46 (can. 76 CA)

Scientia aut opinio nullitatis matrimonii consensum matrimonialem non necessario excludit.

Consultores omnes tenent normam vigentem non esse modificandam.

Can 47 (can. 77 CA)

§ 1. Internus animi consensu semper praesumitur conformis verbis vel signis in celebrando matrimonio adhibitis.

§ 2. At si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum aut essentialiem aliquam matrimonii proprietatem vel absolute excludat actum coniugalem aut prolem aut communionem vitae coniugalnis, invalide contrahit.

Quod spectat ad § 1 Consultores tenent normam non esse modificandam. Circa § 2 diversae innovationes proponuntur. Prima innovatio: suppresso textu «omne ius ad coniugale actum» eius loco ponitur «absolute excludat actum coniugalem aut prolem». Non amplius adhibendum esse videtur terminum *exclusionis iuris* qui videtur esse conceptus contractualisticus abstractus et parum utilis, cum illam subtilissimam distinctionem exigat inter exclusionem iuris et usum iuris. Haec distinctio, etsi logica et realiter possibilis, psychologicē et practice vix in nupturientibus habetur. Si usus iuris absolute et perpetue excluditur, traditio ipsius iuris ad nihil reducitur, practice ipsum ius negatur. Si vero usus iuris ad tempus excluditur, ius ad coniugalem actum non excluditur omnino, quia coniuges non obligantur ad matrimonio utendum omni tempore seu illimitate (uti nos edocent Const. Conc. Vat. II «Gaudium et Spes», n. 50-51 et Litterae Encyclicae «Humanae vitae», n. 10). Perperam videtur inquirendum utrum ius an solum usus iuris exclusum fuerit. Porro saepe fieri potest, ut ius ad coniugalem actum per se aptum ad prolis generationem concedatur, tamen proles ab initio excludatur in perpetuum alio modo (expulsio seminis, sterilisatio, abortus). Etiam in hoc casu

matrimonium irritatur etsi ius ad copulam naturali modo peragendam habeatur. Ideo videtur exclusionem prolis restringi non posse ad exclusionem iuris ad actum coniugalem; haec altera non est nisi species quae continetur in ampliori genere directae exclusionis prolis. Quamobrem aliquis Consultor putat sufficere ut dicatur «vel absolute excludat prolem» (omissis verbis «coniugalem actum»). Aliqui vero Consultores autumnant verbum «absolute» esse superfluum; sed alii una cum Relatore tenent esse necessarium ut dicatur «absolute» vel «absolute et in perpetuum» quia ex sola limitatione actus coniugalnis ad tempus, sive sit determinatum sive indeterminatum, nullum discrimen validitati matrimonii provenire potest. Verbum «absolute» necessarie remanere debet quia se refert etiam ad clausulam «aut communionem vitae coniugalnis». Et haec est secunda innovatio proposita. Aliquis tamen observat terminum «communionem vitae coniugalnis» idem significare ac «matrimonium ipsum». Iamvero in can. 1 matrimonium definitur uti «intima communitas vitae et amoris inter virum et mulierem...». Itaque qui absolute excludit hanc communitatem vitae, matrimonium sic et simpliciter excludit. Denique Relator censem opportunius esse ut in § 2 dicatur: «At si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum aut proprietatem vel finem essentialiem matrimonii, invalide contrahit».

Can. 48 (can. 78 CA)

Invalidum est matrimonium initum ob vim vel metum gravem ab extrinseco incussum, a quo ut quis se liberet eligere cogatur matrimonium.

Ratio propositionis Consultorum, ut in CA can. 78 § 1 supprimantur verba «et iniuste incussum ad extorquendum consensum» est haec: distinctio inter metum iuste aut iniuste incussum dabatur iure *Decretalium*, quo inadimplentio promissionis matrimonii, vel seductio vel stuprum poenis canonicas plectabantur nisi matrimonium inibatur. Ideo iure praecodiciali metus iustus dari poterat. Iure vigente vero nulla lex habetur quae fundamentum praebeat metui iuste incusso ad matrimonium ineundum. Etiam clausula «ad extorquendum consensum» suppressa esse videtur. Hac clausula disciplinam latinam praecodicialem, a nonnullis Synodis Orientalibus receptam, servare voluit. Formula can. 1087 § 1 CIC «a quo ut quis se liberet, eligere cogatur matrimonium» acceptata non fuit in MP «Crebrae allatae». Ratio evidenter non fuit historica, quia e traditione antiqua non constat solummodo metum directum matrimonium irritare. Haec immutatio explicari potest ex eo quod adhuc tempore codificationis iuris matrimonialis orientalis, clausula can. 1087 § 1 CIC «a quo ut quis se liberet...» eo sensu in doctrina et iurisprudentia explanata fuerit, ut metus directus ad extorquendum consensum requiratur. Ultimis decenniis vero tam in doctrina quam in iurisprudentia sententia praevaluit secundum quam nullum est matrimonium tum si metus gravis sit directe incussus ad extorquendum consensum, tum si ad hoc non sit directe incussum, sed pars persuasum habeat se ab eo liberare non posse, nisi matrimonium contrahat. Etiam si tandem quis necessitatem admittat metus directi, certum est non requiri metum ab initio illatum ad extorquendum

consensum; si enim momentum consideretur quod revera interest, oportet ut momento in quo consensus praestatur, metus talis sit ut ab eo quis nequit se liberare nisi eligat matrimonium. Et ideo sufficiat dicere in novo canone «a quo ut quis se liberet, eligere cogatur matrimonium».

Consultores proponunt, ut quae sub capite de consensu in can. 74-82 CA de requisita nupturientium praesentia et de procuratore statuuntur transferantur ad caput de forma celebrationis matrimonii. Ratio haec est: circumstantia «praesentiae» sive per se sive per procuratorem, si attenditur res pertinet ad formam.

Can. 49 (can. 83 CA)

De disputatione consultorum circa matrimonium sub condicione alio in loco ample tractavimus (cf. *Nuntia* 1978, 37-41).

Can. 50 (can. 84 CA)

Etsi matrimonium invalide ratione impedimenti vel defectus formae initum fuerit, consensus praesumitur perseverare, donec de eius revocatione constiterit.

Consultores in eo conveniunt, ut addantur verba «vel defectus formae».

DE FORMA CELEBRATIONIS MATRIMONII

Can. 51 (can. 85 CA)

§ 1. Ea tantum matrimonia valida sunt quae celebrantur ritu sacro, coram parocho, vel loci Hierarcha, vel sacerdote cui ab alterutro facta sit facultas matrimonium benedicendi et duobus saltem testibus, secundum tamen praescripta canonum qui sequuntur, et salvis exceptionibus de quibus in cann. 56 et 57.

§ 2. Sacer censemur ritus, ad effectum de quo in § 1, ipso interventu sacerdotis assistentis ac benedicentis.

Consultores omnes tenent hanc normam fundamentalem servandam esse, qua iure orientali tamquam condicio necessaria ad validitatem formae ordinariae celebrationis matrimonii requiritur praeter assistentiam activam sacerdotis, *ritus sacer* seu *benedictio sacerdotalis*. Supprimitur verbum «saltem». Unus Consultor proponit ut in § 1 loco «matrimonio assistendi» dicatur «matrimonium benedicendi» quod omnibus placet. Discussio fit, utrum necne etiam diaconis tribuenda sit facultas matrimonium benedicendi. Consultores tenent diaconum, attenta traditione orientali et ratione habita criterii oecumenici, non admittendum esse ut ministrum coram quo matrimonium forma ordinaria ineatur.

Deinde Relator exponit quaestionem, utrum necne modificanda sit disciplina vigens can. 86 CA qua prater competentiam territorialem requiritur competentia ritualis, vel saltem relatio subiectionis qua defectus competen-

tiae ritualis suppletur. Hinc magna differentia inter disciplinam orientalem et latinam, quia vi can. 1095 CIC sola competentia territorialis sufficit. Secundum disciplinam orientalem (can. 86 § 1 n. 2 CA) praeter competentiam territorialem requiritur, relate ad non subditos, competentia «ritualis» quae consistit in identitate ritus inter parochum et alterutrum saltem nupturientium. Attenta clausula «modo sint sui ritus» (can. 86 § 1 n. 2 CA) competentia territorialis parochi vel Hierarchae loci relate ad non subditos non sufficit quando nupturientes vel saltem unus eorum ad eius ritum non pertinent (can. 86 § 2 n. 3). Clausula «modo sint sui ritus» vi responsi Pont. Commissionis pro Codice Orientali diei 3 maii 1953 (AAS 45, 1953, 313) ita intelligenda est ut relate ad non subditos parochus et loci Hierarcha orientalis valide assistere non possunt matrimonio duorum fidelium latini ritus, neque parochus et loci Ordinarius latinus matrimonio duorum orientalium. Quo responso disciplina latina (can. 1095 § 1 n. 2) mutata est (cf. Pujol, «Adnotationes ad Responsa circa MP Crebrae allatae sunt», *Periodica de re morali canonica liturgica*, XLIII, 1954, 152-155). Sed haec mutatio vix a parochis latinis cognoscitur, quam ob rem non raro matrimonia invalide celebrantur, ex defectu formae, ubi nupturientes orientales non sunt subditi parochi latini ad normam can. 86 § 3 n. 2-4 CA.

Altera difficultas in applicatione normae can. 86 valde complexae provenit ex ulteriori restrictione competentiae Ordinarii et parochi loci, qui intra fines sui territorii valide celebrare nequeunt matrimonium fidelium sui ritus in locis quae sunt exclusive alius ritus, nisi adsit expressus consensus Ordinarii vel parochi vel rectoris praedictorum locorum (Resp. diei 8 junii 1952: AAS 44, 1952, 522). Applicatio talis praescripti magnam difficultatem invenit in illis territoriis, in quibus paroeciae orientales sunt personales magnum territorium amplectentes.

Cum hodie commigratio hominum valde increbuerit et matrimonia saepe extra propriam paroeciam celebrentur, forma canonica orientalis simplior reddatur opportet ita ut ex una parte valor matrimonii in tuto ponatur et nupturientes magis liberi sint eligendi ecclesiam pro celebratione matrimonii, ex alia vero parte ut bono et paci Ecclesiarum consulatur. Si hodie ad validitatem formae matrimonii, mixti inter catholicum (sive orientalem sive lati- num) et christianum orientalem non catholicum praesentia ministri sacri sufficit, nec competentia territorialis nec ritualis requiritur (Conc. Vat. II, Decr. EO 18 et Decr. «Crescens matrimoniorum» SC pro EO diei 22. 2. 1967), quaeritur, an opportunum sit, ut duplex competentia in tota amplitudine iuris vigentis requiratur in sacerdote catholico pro celebratione matrimonii duorum catholicorum qui non sunt eius subditi. His a Relatore expositis ampla fit discussio per duas adunationes Coetus protracta. Deinde fit suffragatio an placeat ut in can. 86 § 1 CA retineatur clausula «modo sint sui ritus»: placet 5, placet iuxta modum 4, non placet 2, abstinent 2. Modus est secundum unum Consultorem, ut clausula «modo sint sui ritus» praescripta sit solummodo pro regionibus orientalibus de quibus in can. 303 § 1 n. 2 MP «Postquam Apostolicis Litteris». Secundum tres Consultores modus est, ut clau-

sula servetur dummodo eadem norma praescribatur iure latino ut revera praescripta est post responsionem diei 3 maii 1953 (AAS 45, 1953, 313) qua constat parochum et loci Hierarcham latinum matrimonio duorum fidelium, non subditorum ritus orientalis assistere non posse. Ad alteram quaestionem, utrum necne etiam in novo Codice vigere debeat praescriptum CA can. 86 § 1 n. 2, quo parochus et loci Ordinarius infra fines sui territorii matrimonio suorum fidelium, si in locis exclusivis alias ritus celebretur, valide assistere possint tantummodo *de consensu* Ordinarii, parochi vel rectoris illorum locorum, Consultores responderunt: negative. Tamen in can. 55 (can. 88 CA) ubi de «licita assistentia matrimonii» dicatur sub § 1 n. 3: «In locis exclusivis alias ritus, nisi Hierarcha horum locorum expresse renuerit» (vide infra).

Consultores in eo conveniunt ut supprimantur § 2 et § 3 can. 86 CA. Etenim quinam sit «proprius» Hierarcha et parochus loci, alibi in Codice statuendum est. Unde textus canonis in hac sessione provisorie adprobatus sequens est:

Can. 52 (can. 86 CA)

Parochus et loci Hierarcha a die initi officii, quamdiu valide officio funguntur, valide matrimonia, sive contrahentes sunt subditi, sive non subditi modo alterutra saltem pars sit adscripta Ecclesiae sui ritus, celebrant intra fines sui territorii ubique, nisi Hierarcha loci, quoad loca sui ritus, expresse renuerit.

Can. 53 (can. 87 CA)

§ 1. Parochus et loci Hierarcha, quandiu valide officio funguntur, possunt facultatem intra fines sui territorii matrimonium celebrandi in singulis casibus delegare sacerdotibus cuiuscumque ritus; facultatem vero generalem delegare possunt tantummodo sacerdotibus Ecclesiae proprii ritus.

§ 2. Delegatio facultatis celebrandi matrimonia, ut valida sit, determinatis sacerdotibus expresse, immo si de delegatione generali agitur, scripto dari debet.

§ 3. Locorum Hierarchae administrationem fidelium Ecclesiae diversi ritus ad normam iuris gerentes dare possunt cuiusvis orientalis ritus rectoribus ecclesiarum vel aliis sacerdotibus, curam fidelium, parocho proprii ritus orborum, habentibus, generalem facultatem assistendi matrimoniis fidelium ritus orientalis, etsi a ritu rectoris vel presbyteri diversi.

Hoc textu Consultores sequentes modificationes can. 87 CA propnunt: In § 1 loco «qui matrimonio possunt valide assistere» dicatur «quamdiu valide officio funguntur»; supprimatur ultimum comma quo statuitur: «possunt quoque eidem sacerdoti concedere facultatem subdelegandi...», etenim normae de facultate subdelegandi alibi in Codice statuuntur; supprimantur etiam nn. 2 e 3 paragraphi primi; supprimatur textus § 2 «facultas

de qua in § 1, ne concedatur, nisi expletis omnibus quae ius constituit pro libertate status comprobanda».

Deinde fit discussio, utrum necne introducendus sit in novo Codice canon novus de suppletione, ipso iure, facultatis assistendi matrimonio in sacerdote qui quavis de causa ea careat.

Commissio Latina duas solutiones alternativas proposuit in schemate de sacramentis (can. 315).

Prima solutio: Matrimonium contractum assistente sacerdote vel diacono, facultate assistendi carente, Ecclesia a momento celebrationis in radice sanat, dummodo matrimonium celebretur coram duobus testibus in ecclesia vel oratorio publico et assistens ab auctoritate ecclesiastica non sit prohibitus ne matrimonio assistat.

Altera solutio: «In errore communi de facto aut de iure, itque in dubio positivo et probabili, sive juris sive facti, facultatem assistendi supplet Ecclesia».

Commissio latina re denuo discussa praeferre videtur secundam solutionem (cf. *Communicationes* IX/1, 1978, 90).

De hac re ampla discussio facta est in nostro Coetu. Quod attinet ad solutionem facultatis in errore communi aliqui Consultores observant hoc instrumentum aptum non esse ad vitandum matrimonium invalidum, ob notas controversias in doctrina et iurisprudentia quandonam error communis verificatur. Post responcionem affirmativam Pont Commissionis. ad CIC interpretandum (26 martii 1925: «an praescriptum can. 29 CIC applicandum sit in casu sacerdotis, qui delegatione carens, matrimonio assistit»...), soluta quidem videri potuit controversia in favorem sententiae affirmantis suppletionem non solum in casu defectus delegationis generalis, sed etiam particularis ad matrimonium determinatum, etsi a nonnullis suppletio in hoc ultimo casu negetur, si nempe deest aliquis titulus competentiae in sacerdote. Sed quaestio de extensione principii ad suppletionem facultatis assistendi matrimoniis quae ipso iure adnexa est officio (parochi aut Ordinarii) non tagitur. Ideoque communior opinio est Commissionem ad CIC interpretandum solummodo confirmasse extensionem ipsius principii ad casum facultatis assistentiae quae non est ipso iure adnexa officio, reliquise autem intactam quaestionem ulteriore, utrum et quatenus error communis reapse verificari possit. Notio erroris communis non eodem modo ab auctoribus concipitur. Controvertitur utrum error practicus debeat esse iam in actu communis, an sufficiat error virtualiter existens seu quatenus est fundamentum erroris communis in potentia.

Quoad secundam solutionem qua matrimonium celebratum a sacerdote facultate carente ipso iure sanatur, aliqui Consultores tenent formulam a Commissione latina propositam in Codice Orientali sic et simpliciter admittendam non esse. Si iure orientali duplex competentia pro sacerdote assistente ad validitatem matrimonii praescripta est, nempe competentia territorialis et ritualis, sat mirum videretur, si in eodem Codice statueretur omne matrimonium invalidum ex defectu formae, validum fieri sanatione in radice ipso

momento celebrationis. Prima norma elideretur ab altera. Porro hoc modo matrimonia clandestina frequentiora et pericula damni maiora essent. Ideo secundum votum plurimorum Consultorum suppletio facultatis vel sanatio in radice ipso iure modo strictiore limitanda est. Quibus omnibus consideratis, sequens textus Coetui propositus est:

Can. 54 (novus)

Matrimonium celebratum a sacerdote delegato ad normam can. 53, cuius tamen delegatio ob quodcumque vitium valida non est, Ecclesia a momento celebrationis in radice sanat, dummodo matrimonium celebretur ritu sacro coram duobus testibus.

Secundum hunc textum matrimonium invalidum ex defectu formae sanitatur momento celebrationis sub condicionibus sequentibus:

- dummodo delegatio data sit (sed vitio occulto nullitatis laborat);
- dummodo matrimonium celebretur ritu sacro coram duobus testibus.

Itaque excluditur sanatio, si delegatio concessa non est aut si agitur de carentia facultatis quae ipso iure adnexa est officio. Aliquis Consultor formulam ampliorem proponit: « Matrimonium celebratum a sacerdote de quo in can. 51, 52, 53 cuius tamen facultas ob quodcumque vitium valida non est, Ecclesia a momento celebrationis in radice sanat, dummodo etc. (ut in prima formula) ». Hoc modo sanatio locum habet tum in casu invalidae delegationis, generalis vel particularis, tum in casu officii pastoralis putativi. Ideo excludi videtur tantum casus sacerdotis qui non est parochus, nec delegatus et ideo facultate omnino caret.

His dictis fit suffragatio, an placeat formula primo loco proposita: placet 4, non placet 1, abstinent 7.

An placeat alter formula: placet 4, non placet 3, abstinent 5.

Can. 55 (can. 88 CA)

§ 1. Parochus vel loci Hierarcha matrimonio licite assistunt:

1º Postquam sibi constiterit de domicilio vel quasi-domicilio vel menstrua commoratione aut, si de vago agatur, actuali commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii;

2º Habita, si condiciones deficiant de quibus in n. 1, licentia parochi vel Hierarchae domicilii vel quasi-domicilii vel menstruae commorationis alterutrius partis, nisi iusta causa excuset.

3º In locis exclusivis alias ritus, nisi Hierarcha locorum expresse renuerit.

§ 2. Matrimonium coram sponsi parocho celebretur, nisi vel legitima consuetudo aliud ferat vel iusta causa excuset; matrimonia autem catholicorum mixti ritus, in ritu viri et coram eiusdem parocho sunt celebranda, nisi vir, domicilium vel quasi-domicilium habens in regione orientali, consentiat ut matrimonium ritu sponsae et coram huius parocho celebretur.

Ideo in votis est Consultorum ut can. 88 CA hoc modo modificetur: supprimatur § 2 quia iam provisum in can. 11 (can. 19 CA); supprimatur § 2 quia iam provisum in can. 11 (can. 19 CA); supprimatur § 2 quia agitur de iure particulari; supprimatur § 4 de emolumentis stolae. In novo § 1 n. 2 omittitur clausula quae habetur in can. 88 § 1 n. 3 CA: «nisi vel de vagis actu itinerantibus res sit, nullibi commorationis sedem habentibus». Nam vagi matrimonium celebrant in loco ubi actu commorantur.

Circa secundum comma § 2 utpote respiciens ius interrituale (cf. can. 1097 § 2 CIC) res pro nunc a Consultoribus in coniectura ponitur de cetero vero integer canon approbatur.

Can. 56 (can. 89 CA)

§ 1. In mortis periculo si haberi nequeat sine gravi incommodo sacerdos ad normam can. 52-53, matrimonium valide et licite contrahitur coram solis testibus.

§ 2. Extra mortis periculum si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo sacerdos ad normam can. 52-53, matrimonium valide et licite contrahitur coram solis testibus, dummodo prudenter praevideatur eam rerum conditionem esse per mensem duraturam.

§ 3. In utroque casu, si praesto sit alius sacerdos qui adesse possit, ipse in quantum fieri queat vocetur ut matrimonium benedicat, salva coniugii validitate coram solis testibus.

§ 4. Coniuges saltem benedictionem de qua in can 51 § 2 a sacerdote quamprimum recipere ne negligant.

Consultoribus placuit ut can. 89 CA quoad substantiam immutatus maneat. In § 1 dicatur «si haberi nequeat», dum in § 2 maneat clausula «si haberi vel adiri nequeat». In § 3 dicatur «sacerdos» et non «catholicus sacerdos» uti habetur in can. 89, 2º CA quia in hoc casu videtur vocari posse etiam sacerdos orthodoxus. Item in § 3 dicatur «in quantum fieri queat» Additur novus § 4.

Can. 57 (can. 90 CA)

§ 1. Statuta superius forma servanda est, si saltem alterutra pars nuptu-rientium in Ecclesia catholica baptizata vel in eam recepta est nec actu formali ab ea defecerit salvo praescripto § 2.

§ 2. Si pars catholica orientalis, de qua in § 1, matrimonium celebrat cum parte non catholica ritus orientalis, forma canonica celebrationis servanda est tantum ad liceitatem; ad validitatem autem requiritur benedictio sacerdotis, servatis aliis de iure servandis.

§ 3. Salvo iure Hierarcharum loci a ceteris elementis formae canonicae in celebratione matrimonii, gravi de causa, dispensandi, a ritu sacro in canonibus requisito dispensatio Sedi Apostolicae vel Patriarchae reservatur, eaque gravissima tantum de causa concedi potest.

De hac formula ampla discussio facta est inter Consultores. Circa clausulam, in § 1 contentam, de iis « qui actu formal ab Ecclesia defecerint », aliquis Consultor observat eam esse extendendam ad baptizatos in Ecclesia catholica qui ab infantili aetate extra Ecclesiam adoleverunt; imponere his personis actum religiosum, in praxi idem est ac impedire ne suum ius naturale ad validum connubium exercere possint. Alius Consultor observat hanc clausulam esse omnino omittendam ne « formalis defectio ab Ecclesia » secumferat exemptionem a forma canonica matrimonii. Quoad § 2 Consultores in eo convenerunt, ut loco « praesentia ministri sacri (quae clausula habetur in Decreto EO, n. 18 Conc. Vat. II et in Decreto « Crescens matrimoniorum » diei 22-2-1967) dicatur « benedictio sacerdotis ». Consultores autumnant mentem legislatoris esse, ut minister sacer qui praesens est ritum sacrum peragat, cum benedictio sacerdotis est condicio necessaria ad valididatem formae celebrationis matrimonii pro christianis orientalibus, sive sint catholici sive non catholici. Recenter variis sententiis Sacrae Romanae Rotae et Signaturae Apostolicae confirmatum est matrimonia inita inter orthodoxos aut partem ortodoxam et partem protestanticam absque benedictione sacerdotis irrita habenda esse attenta disciplina propria qua Ecclesiae Orientales Orthodoxae tenentur. Consequenter idem necessarie valet etiam pro matrimonio inter catholicum et orientalem non catholicum.

In § 3 exprimitur Hierarcham, gravi de causa, posse dispensare ab omnibus elementis formae ordinariae (i.e. a clausula « modo alterutra saltem pars sit adscripta Ecclesiae sui ritus » de qua in can. 52 n. 3 et a praesentia testium) non vero a rito sacro; quia dispensatio a rito sacro attento MP « Episcopalis Potestatis » n. 12, Sedi Apostolicae reservatur, salvo praescripto can. 56.

Can. 58 (can. 91 CA)

Extra casum necessitatis, in matrimonii celebratione serventur ritus et caeremoniae in libris liturgis ab Ecclesia probatis praescriptae aut legitimis consuetudinibus receptae.

Consultores votum faciunt canonem esse servandum.

Can. 59 (Can. 79 CA)

Ad matrimonium valide ineundum necesse est ut partes sint praesentes una simul, firmo can. 60, et consensum matrimoniale mutuo exprimant.

Ita Consultores proponunt, ut normae de praesentia et de procuratore inserantur in caput de forma matrimonii.

Consultores proponunt ut supprimatur CA can. 79 § 2 (« sponsi consensum exprimant verbis... ») quia aliqui ritus nullam habent verbalem consensus manifestationem in actu celebrationis matrimonii, unde sufficere videtur clausula in textum recognitum posita « et consensum matrimoniale mutuo exprimant ».

Can. 60

Matrimonium per procuratorem contrahi nequit, nisi auctoritas legislativa uniuscuiusque Ecclesiae sui iuris aliud propria lege statuerit, quo in casu etiam de condicionibus, sub quibus tale matrimonium contrahi possit, providere debet.

Textus proponitur a Consultoribus ad substituendos CA canones 80-82.

DE MATRIMONIO SECRETO CELEBRANDO

Can. 61 (can. 93-96 CA)

§ 1. Permissio matrimonii secreti a loci Hierarcha gravi et urgenti causa concedi potest et secumfert:

1° facultatem formam matrimonii ad ritum sacrum de quo in can. 51

§ 2. reducendi, a parocho loci, Hierarcha ipso, vel sacerdote ab alterutro delegato administrandum;

2° obligationem gravem secretum servandi ex parte Hierarchae loci, parochi, sacerdotis delegati, testium si adsint, et alterius coniugis altero non consentiente divulgationi.

§ 2. Obligatio secretum servandi, ex parte Hierarchae loci, cessat si grave scandalum aut gravis erga matrimonii sanctitatem iniuria ex secreti observationia immineat.

§ 3. Matrimonium secreto celebratum in peculiari tantummodo regesto, servando in secreto Curiae archivo, adnotetur, nisi gravissima causa obstet.

DE TEMPORE ET LOCO CELEBRATIONIS MATRIMONII

Can. 62 (can. 97-98 CA)

§ 1. Matrimonium celebretur in Ecclesia paroeciali vel in alia aede sacra; in aliis autem locis celebrari non poterit nisi cum licentia Hierarchae loci.

§ 2. Ad tempus celebrationis matrimonii quod attinet servanda sunt normae in iure particulari uniuscuiusque Ecclesiae sui iuris statutae.

Ita Consultores proponunt ut can. 97-98 CA in unicum canonem redigantur. § 1 ita modificandus esse videtur ut licentia Hierarchae petenda sit tantummodo pro celebratione matrimonii extra aedem sacram. Quoad tempus celebrationis matrimonii Consultores autumnant remittendum esse ad ius particulare.

DE ADNOTATIONE MATRIMONI

Can. 63 (can. 92 CA)

§ 1. Celebrato matrimonio, parochus loci celebrationis vel qui eius vices gerit, quamprimum describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac

testium, locum et diem celebrati matrimonii, dispensationem à forma vel ab impedimentis, eiusque auctorem una cum impedimento eiusque gradu, delegationem concessam, atque alia secundum modum in libris liturgicis et a proprio Hierarcha praescriptum, idque licet alius sacerdos facultate vel a se vel ab Hierarcha obtenta matrimonium celebraverit.

§ 2. Praetera, parochus in libro quoque baptizatorum adnotet coniugem tali die in sua paroecia matrimonium contraxisse. Quod si coniux alibi baptizatus fuerit, parochus notitiam initi matrimonii ad parochum, apud quem coniugis baptismus ad normam canonum adnotandus est, per se vel per Curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptizatorum librum referatur nec acquiescat donec peractae adnotationis notitiam receperit.

§ 3. Quoties matrimonium ad normam can. 56 (can. 89 CA) contrahitur, sacerdos, si idem celebraverit, secus tum testes, tum nupturientes curare debent ut initum coniugium in praescriptis libris quamprimum adnotetur.

Consultoribus placet textus CA can. 92. In § 1 post verbum «dispensationem» inserere volunt verba «a forma vel ab impedimentis» et post verbum «gradu» verba «delegationem concessam». Ad § 2 additur «nec acquiescat... receperit».

Can. 64 (can. novus)

Quoties matrimonium vel convalidatur pro foro externo vel nullum declaratur, vel legitime praeterquam morte solvitur, parochus loci celebrationis matrimonii certior fieri debet, ut adnotatio in regestis matrimoniorum et baptizatorum rite fiat.

Novus canon a Commissione latina redactus consultoribus placet.

Mons. JOSEPH PRADER - Relator

PROGETTO DI SCHEMA

*De Monachis ceterisque Religiosis necnon de sodalibus aliorum
Institutorum vitae consecratae*

Alle due relazioni sui canoni *de Monachis* già apparse nei *Nuntia* (n. 4, pagg. 3-15; n. 6 pagg. 42-55) aggiungiamo la presente, relativa alla quinta riunione del «Coetus de Monachis ceterisque Religiosis» che si è tenuta nei locali della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto canonico orientale nei giorni 13-21 febbraio dell'anno corrente.

Quasi due anni sono trascorsi tra la quarta e quinta riunione del *Coetus* a causa soprattutto della necessità di preparare in un gruppo minore di Consultori un testo-base per la revisione dell'intero Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris», sulle linee già tracciate dal *Coetus* stesso che aveva deciso di dividerlo in cinque parti ben distinte, in cui i canoni *De Monachis* già elaborati ne costituissero la prima, dopo alcuni canoni preliminari e comuni sia ai Monaci che agli altri Religiosi.

Il Gruppo Minore si è riunito dal 3 al 15 aprile nonché dal 9 al 13 maggio 1978 e qualche altra volta; ed ha elaborato per la fine del mese di luglio uno schema pronto ad essere inviato al *Coetus* che era previsto per il mese di novembre del 1978. Tale riunione tuttavia a causa delle due sedisvacanze ha dovuto essere rinviata, insieme ad altri *coetus*, al mese di febbraio del corrente anno.

L'elaborazione del progetto effettuata dal Gruppo Minore si è dimostrata oltremodo difficoltosa, benché le linee generali indicate dal *Coetus de Monachis ceterisque Religiosis* fossero sufficientemente chiare. Tali linee generali possono riassumersi nel seguente modo:

1) Si metta in risalto innanzitutto l'istituto del monachesimo, il più proprio all'Oriente cristiano, purché non in tale maniera da divenire in tutto un «summum analogatum» per gli altri Istituti Religiosi, che da più secoli si sono stabiliti nell'Oriente Cattolico e lavorano con grande profitto delle anime nel pieno rispetto dei riti e tradizioni delle singole Chiese.

2) Si tratti separatamente, sotto un unico titolo, degli Ordini e delle Congregazioni in quanto esse hanno in comune: l'organizzazione in provincie, dirette dai Superiori provinciali, i quali a loro volta sottostanno ai Superiori generali (il termine *Supremus Moderator* è cambiato dal *Coetus* in seguito in *Superior generalis*); i tre voti pubblici di obbedienza, castità e povertà, i quali voti tuttavia negli Ordini sono equiparati ai voti monastici secondo quanto enunciato come principio del can. 314 § 1 del Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris» («*Ordo dicitur Religio in qua licet sodales non*

sint monachi, vota nuncupantur, quae votis monachorum aequiparantur»), mentre nelle Congregazioni essi rimangono con gli effetti giuridici della cosiddetta «professio minor» (anche senza usare questo termine) come previsto nel can. 115 dello stesso Motu proprio («Professio minor sive temporaria si-
ve perpetua, actus votis contrarios reddit illicitos sed invalidos...»).

3) Il titolo seguente dovrebbe essere riservato alle «Societates ad instar religiosorum sine votis publicis viventium» di cui PA cann. 224-231, dai quali il *Coetus*, come si vedrà in seguito, non credeva opportuno di scostarsi sostanzialmente.

4) Un titolo a sé dovrebbero avere gli Istituti secolari tenendo presente soprattutto il decreto Conciliare «Perfectae Caritatis» (n. 11) che da una parte annovera questi istituti tra quelli che «veram et completam consiliorum evangelicorum professionem ab Ecclesia recognitam secumferunt» dall'altra però afferma esplicitamente che essi non sono *instituta religiosa* e che in tali Istituti la *professio* si fa in *saeculo* mentre la loro indole peculiare è *saecularis* al fine di esercitare un apostolato «in saeculo ac veluti in saeculo». Pertanto il *Coetus* da una parte congloba questi Istituti nel suo schema enunciando il titolo generale in tale modo: «De Monachis, Religiosis ceterisque Institutis vitae iuxta consilia evangelica peragendae»¹, ma d'altra parte afferma che *ef- fectus iuridicos quod attinet* i membri di questi Istituti, siano essi laici o chierici, *unusquisque in proprio statu manet* (cf. infra can. 142 n. 4). Di conseguenza il *Coetus* credeva opportuno proporre ai membri di questi Istituti di seguire il proprio singolo carisma senza legarli per quanto riguarda la loro organizzazione gerarchica a forme simili a quelle delle *Congregazioni Reli- giose*, bensì a forme più libere; tali forme tuttavia devono essere approvate dalla legittima autorità ecclesiastica, come previsto nei canoni circa le Consociazioni pubbliche. Si lascia in tale modo la possibilità ai singoli Istituti di legarsi maggiormente a questa stessa autorità, che in ogni caso, almeno per gli Istituti secolari di carattere universale, non potrà essere altro che la Santa Sede. Tuttavia trattandosi di membri che sono legati agli Istituti secolari con un «sacrum ligamen» (che la Lumen Gentium 44 vuole «votis propria sua ratio- ne assimilatum») essi ricevono una speciale protezione nella Chiesa sotto molti aspetti di cui uno, la dimissione dell'Istituto, è esplicitamente menzionato nell'ultimo canone dello schema.

5) Nella sezione dei canoni preliminari il *Coetus* intende includere quelle norme che sono da una parte del tutto comuni ai Monaci, Ordini e Congregazioni, ma che d'altra parte non siano una caratteristica specifica di uno dei tre istituti alla quale poi si equiparano o quasi le norme riguardanti altri Istituti. Così per esempio i canoni sulla «professio monastica» si lasciano solo nel *de Monachis*, mentre nel titolo seguente se ne fa un esplicito rinvio per quanto riguarda gli Ordini (can. 116 infra «In Ordinibus professio definitiva

¹ Il titolo è stato in seguito modificato dal «Coetus centralis» come si dirà più sotto (cfr. infra pag. 66).

monasticae aequiparatur proinde valent canones NN de monachis».) Al contrario per quanto riguarda la «professio temporanea» essa è trattata solo nella sezione *De Ordinibus et Congregationibus* ove è obbligatoria, mentre se ne fa un relativo riferimento nel canonone de monachis ove si tratta di questa professio piuttosto eccezionale nei monasteri orientali (il canone è pubblicato nei *Nuntia* 6 pag. 48 can. 3). Le «cross references» tra le due sezioni, quella *de monachis* e quella *De Ordinibus et Congregationibus* potranno dare l'impressione che i relativi canoni potrebbero essere tutti inseriti nei canoni preliminari e che vi è una certa «illogicità» nel determinare quale canone sia preliminare e quale no. Il Coetus si è reso conto di questa possibile obiezione, ma ha scelto la sua strada coscientemente, dando una certa preferenza alla sezione *de monachis* senza però erigerla a «summum analogatum», e credendo che una qualche incongruenza (per esempio nei canoni «de admissione» 39-41 e 43; cf. can. 100 e 139) nella disposizione della materia sia preferibile al troppo grande livellamento proveniente da una parte generale cospicua che metta a comune denominatore istituzioni di per sé molto diverse nelle singole strutture giuridiche. Il Coetus spera che nello schema così proposto ogni istituzione di vita secondo i consigli evangelici potrà facilmente trovare la propria identità in uno dei quattro titoli specifici. Evidentemente le incongruenze troppo grandi potranno essere eliminate nei futuri lavori della Commissione dato che lo schema qui presentato è provvisorio, aperto quindi ad ogni «feed-back», purché ben motivato, dei lettori di questa relazione.

La necessità per gli Ordini e Congregazioni di studiare anche alcuni canoni della sezione *de monachis* che sarebbero, secondo lo schema qui presentato, validi anche per loro, sarà un richiamo di riflessione sulle origini più autentiche di queste istituzioni, perché è innegabile che anche le Costituzioni degli Ordini e delle Congregazioni orientali hanno come base le Regole monastiche di San Basilio, di San Teodoro Studita, San Atanasio del Monte Atos e di San Pacomio, oltre la grande tradizione del monachesimo egiziano con San Antonio il Grande. Si noti che le fonti citate dal Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris» in calce ai canoni (veramente numerose) che si riferiscono ai Monasteri, Ordini e Congregazioni, sono indistintamente le stesse e si riferiscono spesso alle Regole scritte dai predetti Santi e il più delle volte (in 43 canoni)² a quelle di San Teodoro Studita.

6) Per quanto riguarda la terminologia il Coetus dall'inizio dei suoi lavori ha ritenuto opportuno di non discostarsi sostanzialmente da quella usata nel Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris», pur ammettendo nel corso dei lavori alcune poche eccezioni e tali da non implicare, almeno così sembra, la sostanza di quanto i termini tradizionali vogliono significare.

a) *Religio, Religiosus, Religiosa, monialis, antistita, sodalis.*

Nei *Nuntia* 4 pag. 4 il Relatore ha già riferito che il Coetus cerca di evitare i termini *religiosus* e *religio*, adoperati nel Motu proprio, perché essi non

² Si veda: Žužek I. «The Ancient Oriental Sources of Canon Law and the Modern Legislation for oriental Catholics», *Kanon* I, Wien 1973, pag. 155-156.

hanno riscontro nella terminologia orientale (mentre nell'Occidente sono tradizionali e ben comprensibili a tutti): essa in pressoché tutte le Chiese non conosce altro termine che *monachus* per indicare indistintamente tutti coloro che si consacrano a Dio con la pratica dei consigli evangelici in qualsivoglia forma di vita.

Tuttavia il *Coetus* non voleva totalmente eliminare questa terminologia, anzi nei canoni 1 e 2 parla esplicitamente dello «*Status religiosus*» o di «*vita religiosa*» di cui la «*vita monastica*» non è che una specie, mentre nella intestazione generale dello schema e nel *titulus I* la parola *Religiosis* appare esplicitamente. Le due intestazioni però dovranno subire una qualche ulteriore modifica poiché nella prima sembra che i «*monachi*» non siano «*religiosi*» mentre nel canone primo si dice «*status religiosus, praesertim monasticus*»³.

In qualche canone anzi si ritiene esplicitamente la parola *religiosus* esattamente come nel PA (così per esempio nel can. 78 «*vetitum est monachos ceterosque religiosos...*», e *passim* in tutti gli schemi dei diversi coetus). Ciò significa che il Coetus non vuole eliminare totalmente questo termine dal CICO benché preferisca in genere la parola *sodalis*, riguardo la quale però si fa presente che è stata scelta in primo luogo per sostituire la parola *subditus* (cf. PA 37 e can. 13 infra); e solo in un secondo momento viene usata al posto di *religiosus*. Si noti anche che il termine *sodalis* non è nuovo in quanto è usato nel PA (cf. p. es. can. 50 § 1) ed il coetus non fa altro che dare una preferenza a questo termine tra i tre: *religiosus*, *subditus*, *sodalis*.

Al posto di *Religio* il Coetus preferiva parlare in concreto di «*Monachi, Ordines et Congregationes*» come appare evidente soprattutto nei canoni del *titulus I*.

Non appaiono più nello schema le voci femminili: *religiosa*, *monialis*, *antistita*, che vengono comprese nei termini «*sodalis, monachus, superior*» in virtù del PA can. 318 che il *Coetus de Normis generalibus* vuole si ritenga nel Codice come ultimo canone della sezione de legibus: «*Pronuntiatio sermonis in sexu masculino ad utrumque sexum porrigitur, nisi ex natura rei vel ex legis textu contextuque aliud constet*». L'eliminazione di questi termini lunghi dall'offendere le religiose, permette una formulazione più semplice e più chiara dei canoni ed inoltre, una applicazione pratica del principio, accolto nella riunione del marzo 1976 (*Nuntia* 4 pag. 10) di uguaglianza per quanto concerne le norme giuridiche, tra Monasteri, Ordini e Congregazioni sia maschili che femminili, nisi aliud constet ex natura rei oppure viene eccepito espressamente nei canoni del Codice.

b) *Votum sollempne, simplex, professio maior, et professio minor.*

Il *Coetus* ritiene i termini *votum* e *professio* tuttavia abbandona i termini *sollempne* e *simplex* (ancora ritenuti nei *Nuntia* 4 pag. 5) adottando al loro posto i termini *professio definitiva* e *professio temporanea* e determina esattamente la portata di questi termini nei canoni 51, 55, 57, 58 e 116 § 1 per quanto riguarda la *professio definitiva* nei monasteri e negli Ordini, nel can.

³ Cfr. nota 1.

116 § 2 per la professio definitiva nelle Congregazioni, e nei canoni 110-112 e 54 per quanto riguarda la professio temporanea.

c) *Supremus Moderator*: Nella riunione del Coetus del febbraio 1979 si concordava anche di cambiare il termine di *Supremus Moderator* con *Superior generalis* che in ogni caso è in uso presso quasi tutti gli Ordini e Congregazioni. Si ritenne però il can. 312 § 5 del PA nel can. 10 dello schema, che determina chi si intenda sotto la voce di *Superior Maior*, usata *passim* nello schema, e che deve essere completata con il can. 306 del PA che è stato rivisto dal Coetus de *Normis generalibus*. Tale Coetus specifica che i *Superiores Maiores in monasteriis exemptis et in Religionibus clericalibus exemptis* sono anche *Hierarchae*, termine usato *passim* negli schemi, sempre col proposito di comprendere in una parola sia il Vescovo del luogo sia i Superiori maggiori religiosi.

d) I termini *Religio iuris eparchialis, iuris patriarchalis, iuris pontificii*, del PA can. 312 § 2, sono stati volutamente eliminati dal Coetus dopo non poche riflessioni. Un monastero o Congregazione si chiamano *eparchiali*, semplicemente «Si Hierarchae loci ad normam canonum immediate subduntur» (un Ordo non può essere *eparchialis*), mentre sono *patriarchales*, se «immediate subduntur Patriarchae»; se invece sono soggetti immediatamente alla Santa Sede si chiamano *pontificia exemptione fruentia* (nel can. 5). Si prescinde in questo totalmente sia dall'autorità che le erige sia da quella che approva gli statuti come viene spiegato più sotto al can. 5 dello schema.

Lo schema del febbraio 1979

Nella riunione del *Coetus de Monachis ceterisque religiosis*, 12-21 febbraio 1979, lo schema elaborato dal *Coetus minor* venne sottoposto all'attento esame degli otto consultori che poterono essere presenti, e che presero in considerazione anche il voto scritto di qualche altro consultore impedito a causa della malferma salute. Nei giorni 12-18 febbraio vennero esaminati i canoni dell'intero schema, inclusa la *denua revisio* dei canoni de *monachis* (già resi di pubblica ragione nei *Nuntia* 4 e 6). Benché in alcuni punti soprattutto si siano incontrate non poche difficoltà (in generale piacque la formulazione proposta dal gruppo minore). A tali testi del Gruppo Minore vennero proposte in un foglio a parte le relative mozioni su cui si rendeva necessaria un'ulteriore riflessione. Nei giorni 19, 20 e 21 febbraio, si votarono le mozioni e con sorpresa del Coetus stesso, si riuscì a portare a termine la revisione dell'intero schema che si presentava nel seguente modo:

De Monachis, Religiosis ceterisque Institutis vitae Consilia evangelica peragendae

		canoni
Titulus I	De monachis ceterisque Religiosis in genere ..	1-21
Titulus II	De monasteriis	22-23

Caput I	De erectione et suppressione monasteriorum sui iuris	24-29
Caput II	De monasteriorum Superioribus et Synaxibus, confessariis et oeconomis	30-36
Caput III	De admissione in monasteria et novitiatu	37-50
Caput IV	De professione monastica	51-59
Caput V	De institutione (monachorum) et disciplina in monasteriis servanda	60-68
Caput VI	De eremitis	69-73
Caput VII	De privilegio stauropegii	74
Caput VIII	De transitu ad aliud monasterium	75-76
Caput IX	De egressu e monasterio	77-82
Caput X	De dimissione monachorum	83-86
Titulus III	De Ordinibus et Congregationibus	87
Caput I	De erectione et suppressione Ordinis, Congregationis, provinciae, domus	88-93
Caput II	De Superioribus et Synaxibus in Ordinibus et Congregationibus	94-99
Caput III	De admissione in Ordines et Congregations	100-108
Caput IV	De professione	109-116
Caput V	De institutione sodalium et disciplina servanda in Ordinibus et Congregationibus	117-127
Caput VI	De transitu ad alium Ordinem vel Congregationem aut ad Monasterium sui iuris	128
Caput VII	De egressu ex Ordine vel Congregatione	132-134
Titulus IV	De Societatibus vitae communis ad instar religiosorum, sine votis publicis viventium	135-141
Titulus V	De institutis saecularibus	142-145

TITULUS I

DE MONACHIS CETERISQUE RELIGIOSIS IN GENERE

Il canone introduttivo dell'intero schema, già formulato nel 1975 e pubblicato nei *Nuntia* 4 pag. 5 è stato di nuovo rivisto. Esso non ha subito emendamenti sostanziali: al posto di «*dediti sunt*» si mette «*totaliter se devovent*» («*Perfectae caritatis*» n. 6) e si accoglie quanto proposto da alcuni consultori nel 1975 (*Nuntia ibidem*) di aggiungere cioè una frase con riferimento eschatologico in aderenza al testo conciliare «*Lumen Gentium*» (n. 44, 2) ove si dice che lo stato religioso «*magis etiam tum bona coelestia iam in hoc saeculo praesentia omnibus creditibus manifestat, tum vitam novam et aeternam redemptione Christi acquisitam testificat, tum resurrectionem futuram et*

gloriam Regni coelestis praenuntiat». Il canone così emendato, allo stato attuale dei lavori è il seguente:

Status religiosus, praesertim monasticus, est stabilis vivendi modus ab Ecclesia approbatus, quo Christifideles, novo ac peculiari titulo per vota publica oboedientiae, castitatis et paupertatis sub legitimo Superiore ad normam statutorum servanda, Christum, Magistrum et Exemplarem sanctitatis, pressius sequentes, totaliter se devovent caritatis perfectioni assequendae in servitium Regni Dei pro Ecclesiae aedificatione et mundi salute utpote signa coelestem gloriam praenuntiantia.

Nel can. 2, di cui nel *Nuntia* 4 pag. 5 si omettono i §§ 2 e 3 in quanto dopo l'elaborazione dell'intero schema essi apparivano superflui. Infatti cosa siano i Monasteria, Ordines et Congregationes appare meglio dalla struttura dello schema intero e dei canoni che definiscono gli effetti giuridici della professione definitiva negli Ordini («monasticae aequiparatur» cfr. infra can. 116 § 1) e di quella nelle Congregationes in cui la professione definitiva «sodalem sacro vinculo perpetuo Congregationi plene aggregatur» ibidem § 2. Tale professio non implica l'invalidità ma l'illecità degli atti contrari ai voti religiosi (cf. infra can. 116 e 112), il che equivale, senza usarne il termine, al voto *sempli*ce o alla professio *minor* nella terminologia dello ius vigens, come già è stato delineato più sopra.

Nel can. 3 si afferma una speciale dipendenza di tutti i Monasteri, Ordini e Congregazioni dalla Suprema Autorità della Chiesa, dato che essi si dedicano in modo speciale al servizio della Chiesa Universale. Il testo in questo punto è preso dallo schema «De institutis vitae consecratae» della Commissione per il CIC can. 15. § 1.

Il can. 4 è stato già formulato una prima volta nella sezione De Monasteriis; nel 1975 costituiva il can. 2 pubblicato nei *Nuntia* 4, n. 7. Il canone trasferito ora nel titulus I tra i canoni preliminari è formulato in una maniera tale da estendersi anche agli Ordini e Congregazioni. Nel canone si ritiene, in formulazione più concisa e, si spera, più chiara eliminando le parole «iuris eparchialis, iuris patriarchalis, iuris pontificii», come già detto più sopra, dello ius vigens compreso nei canoni 312 § 2 e 313 § 2 n. 2 del Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris». Il canone allo stato attuale dei lavori è il seguente:

§ 1. Monasteria sui iuris et Congregationes sunt eparchiales, si Hierarchae loci ad normam cononum immediate subduntur.

§ 2. Monasteria sui iuris, Ordines et Congregationes sunt patriarchales si, a potestate Hierarchae loci sublata, Patriarchae ad normam canonum immediate subduntur; sunt pontifica exemptione gaudentia, si Sedi Apostolicae, servatis normis ab eadem Sede datis, immediate subduntur.

Molto laboriosa era la composizione dei canoni 5-9 che potrebbero, forse, avere un sottotitolo a sé, simile a quello del relativo schema della Commissione per il CIC: De institutorum dependentia ab Ecclesiastica auctoritate.

Attenendosi strettamente a quanto determinato dal Concilio ecumenico Vaticano II nel Decreto *Christus Dominus* n. 35, il coetus, ha formulato il § 1 del can. 6 — riportato qui sotto — con le stesse parole del Concilio, pensando necessario nel caso degli *exempti* di specificare, con alcuni esempi, cosa significa «subesse Hierarchae loci potestati in iis quae ad publicum exercitium cultus divini spectant».

Già si è detto sopra che il Coetus intende evitare le parole «*iuris eparchialis*», «*iuris patriarchalis*» e «*iuris pontificii*», in quanto esse sono spesso comprese in Oriente in un modo che non corrisponde a quanto stabilito nel can. 312 § 2 del PA. Benché il can. 312 del PA sia del tutto chiaro nel distinguere lo stato di coloro che sono «*iuris patriarchalis*» (§ 2 n. 2) o «*iuris pontificii*» (§ 2 n. 3) da coloro che sono «*exempti*» (§ 2 n. 4), la prassi dimostra che queste parole si sono prese spesso l'una per l'altra e sempre nel senso della «*exemptio*» quasi totale dal vescovo del luogo, mentre essere «*iuris pontificii*» non significa altro se non di avere l'approvazione pontificia degli statuti di un dato Monastero, Ordine o Congregazione, il che il Coetus ritiene nel can. 5 § 1 n. 1 con la clausola «*salvis iis quae ab Auctoritate superiore adprobata sunt*». Infatti nel n. 1 citato si afferma che spetta al vescovo del luogo approvare gli statuti dei monasteri e Congregazioni eparchiali «*salvis iis quae ab Auctoritate Superiore adprobata sunt*», la quale autorità rispetto al vescovo può essere almeno duplice, quella della Santa Sede e quella del Patriarca, non escludendo altre possibili autorità, come p. es. quella metropolitana se lo *ius* particolare volesse concederle anche il potere di approvare gli statuti dei Monasteri e Congregazioni eparchiali. Per quanto riguarda il Patriarca, di cui parla il § 3 dello stesso can. 5 (ove ci si riferisce all'intero § 1 del canone, quindi anche il n. 1 di esso), questa autorità superiore è solamente la Santa Sede. Omettendo quindi le parole «*iuris pontificii*» e «*iuris patriarchalis*» ritenendone la sostanza con un inciso che chiaramente non può significare altro se non quale autorità possa cambiare gli statuti di un dato Monastero, Ordine e Congregazione, rimangono essi pure *ex statutis eparchiali*, si reputa in tal modo che sia più chiaro cosa significhi l'*exemptio* di cui il canone precedente. Tale canone, in ogni caso, necessiterà di un ulteriore decreto, oltre quello dell'approvazione degli statuti, in cui si dirà con tutta chiarezza che il Monastero, Ordine o Congregazione sono da una parte «a potestare Hierarchae loci sublata» mentre dall'altra diventano soggetti immediatamente o al Patriarca (anche questo può essere fatto per un decreto della Sede Apostolica) o alla Santa Sede stessa. In questo caso il vescovo del luogo perde i poteri di cui al can. 5 § 1 e si applica il § 3 dello stesso canone, tuttavia rimarrebbe ferma tutta quella potestà del vescovo del luogo che è prevista nei can. 6, 8 e 9.

Una importante novità presenta la proposta del Coetus contenuta nel can. 7. È noto che l'*«exemptio pontificia»* in Oriente non comporta esattamente gli stessi privilegi che nell'Occidente. Così nel Motu proprio «*Sollicitudinem nostram*» è affidato al tribunale patriarcale ordinario di giudicare le «*Religiones iuris pontificii exemptione pontificia fruentes*» e «*causas con-*

tentiosas vel criminales Superioris in religione iuris pontificii exemptione pontifícia fruente, qui in eadem religione Superiorem iudicali potestate praeditum non habet» (can. 19 nn. 3 e 4). La potestà del Tribunale patriarcale, a questo riguardo, è *ordinaria ex iure*, mentre per le *licenze e dispense* di cui il can. 7 qui riportato il *Coetus* propone che si conceda al Patriarca una *potestas delegata ex iure communi*, di modo che da una parte venga salvaguardata integra la natura della «exemptio pontificia» e dall'altra il Patriarca possa fare le veci della Santa Sede riguardo le *licenze e dispense* di cui nello stesso canone. Con quanto premesso i cann. 5, 6, 7, 8, 9 riportati qui saranno più facilmente comprensibili:

Can. 5

§ 1. In regendis monasteriis sui iuris et Congregationibus eparchialibus, Hierarchae loci, salvo iure communi, competit:

1) Typica monasteriorum et statuta Congregationum approbare, atque immutationes in ea ad normam iuris introductas confirmare, salvis iis quae ab Auctoritate superiore adprobata sunt;

2) Dispensationes ab iisdem typicis vel statutis praescriptas legitime petitas singulis in casibus et per modum actus dare;

3) Visitare monasteria etiam subsidiaria necnon singulas domos Congregationum in suo territorio quoties visitationem pastoralem ibi peragit, necnon cum rationes vere peculiares suo iudicio id requirant;

4) Firmo iure communi et servata monasteriorum atque Congregationum disciplina et de consensu Superiorum maiorum competentium, monachos ac sodales Congregationum proprii territorii in externa apostolatus opera immittere quae cum indole propria et fine specifico monasteriorum, vel Congregationum congruant.

§ 2. Si Congregatio eparchialis ad alias eparchias propagetur, nihil in ipsis statutis valide mutari potest, nisi de consensu singulorum Hierarcharum in quorum eparchiis domus habet.

§ 3. Ea de quibus in § 1 Patriarchae competunt relate ad monasteria, Ordines et Congregationes patriarchales in territorio Ecclesiae cui ipse praeest; monasteria, Ordines et Congregationes vero quae exemptione pontificia gaudent, Patriarchae subiciuntur dumtaxat in casibus iure expressis.

§ 4. Extra territoria Ecclesiae Patriarchalis ea de quibus in § 1 sunt de exclusiva competentia Sedis Apostolicae quoad Ordines omnes necnon quoad Monasteria et Congregationes non eparchiales.

Can. 6

§ 1. Sodales Monasteriorum, Ordinum et Congregationum patriarchalium, vel exemptione pontificia gaudentium, nisi de stauropegii privilegio agatur, subsunt Hierarchae loci potestati in iis quae ad publicum exercitium cultus divini spectant utpote sunt ea quae referuntur ad sacram praedicacionem populo tradendam, ad Christifidelium praesertim puerorum, religiosam

et moralem educationem, catecheticam institutionem et liturgicam efformationem atque status clericalis decorum, necnon ad varia opera in iis quae sacri apostolatus exercitium respiciunt.

§ 2. Hierarchae loci ius et officium est singula Monasteria atque domos Ordinum et Congregationum patriarchalium vel pontificia exemptione gaudentium in suo territorio sita visitare quod ad ea de quibus in § 1 attinet tempore visitationis pastoralis et quoties graves causae id suadeant.

§ 3. Sodales qui extra domum illegitime degant exemptionis vel stauropegii privilegio non gaudent; si vero delictum extra domum commiserint, etsi legitime extra domum degant, ab ipso Hierarcha loci puniri possunt, si a proprio Superiore, ab eodem Hierarcha praemonito, non puniantur.

Can. 7

Ipsò iure Patriarchae facultas sit ut Monasteria, Ordines et Congregations sui ritus exemptione pontificia gaudentia quod spectat, concedat licentias et dispensationes in casibus in quibus iuxta typica, statuta vel ius commune ad Sedem Apostolicam recurri debet.

Can. 8

Patriarchae necnon Hierarchae loci conventus promoveant cum Superioribus Monasteriorum, Ordinum et Congregationum, statis temporibus et quoties id opportunum videbitur ut pro operibus apostolatus quae a sodalibus excentur, consiliis mutuo inter se collatis procedant.

Can. 9

Si in exemptorum eorumve Ecclesias abusus irrepserint, et Superior, a Hierarcha loci monitus, prospicere neglexerit idem Hierarcha loci monitus, prospicere neglexerit idem Hierarcha loci obligatione tenetur rem statim deferendi ad Patriarcham si Monasterium sit stauropegiacum vel domus aut Ecclesia sit Ordinis vel Congregationis patriarchae subiecti in territorio Ecclesiae patriarchalis sita, secus ad Sedem Apostolicam.

I canoni preliminari che seguono hanno una disposizione del tutto provvisoria benché potrebbero essere raccolti sotto un titolo più o meno del seguente tenore «De Superioribus ac sodalibus Monasteriorum Ordinum vel Congregationum» oppure anche divisi in vari titoli (De Superioribus, De administratione bonorum temporalium, De sodalibus). Non è sempre facile in un codice trovare il posto più adatto ad un canone determinato; che sotto un aspetto potrebbe appartenere ad una sezione mentre sotto un altro aspetto ad un'altra. Così avviene per esempio con i canoni 11 e 12 § 3 che potrebbero sotto un aspetto appartenere ancora alla sezione della «Dipendenza dai Superiori esterni».

Il can. 10 ritiene lo ius vigens del PA can. 312 ed ha grande importanza ritenerlo anche perché tutti i Gruppi di Studio lo hanno sempre supposto in-

sieme con il can. 306 dello stesso Motu proprio. I termini «Superior Maior» e «Hierarcha» sono ricorrenti in tutti gli schemi e si noti che ogni qualvolta i Gruppi di Studio usano la parola «Hierarcha» questo lo fanno con esplicita intenzione di includere nella parola anche tutti i «Superiores Maiores» che godono della vera *potestas iurisdictionis*; quando si vuole escluderli infatti si specifica il termine «Hierarcha» con la parola «loci» o in qualche altra maniera ancora più adatta al caso.

Il can. 12 ritiene nel § 1 le prescrizioni del PA cann. 41-44 lasciando agli statuti particolari ogni determinazione riguardante il «Superior Maior» a cui affidare l'ufficio della visita canonica e il tempo di queste visite con il minimo indicato nel § 3. Il § 2 è desunto alla lettera del testo della Commissione per il CIC nello schema «De Institutis vitae consecratae» can. 33 § 2, mentre il § 3 ritiene quanto prescritto nel PA can. 44 § 3.

Il can. 15 come si spera, può sostituire efficacemente i cann. 63-66 del PA. Il Coetus nel formulare questo canone si è attenuto alla decisione presa nella riunione del marzo 1976, ove si era stabilito che i canoni 64-69 del PA venissero trasmessi al *Coetus de Bonis* con preghiera di includerli tra i canoni 232-277 dello stesso Motu proprio. Tuttavia il *Coetus de Bonis* pur tenendo presente il desiderio del *Coetus de Monachis* si è limitato alla revisione dei canoni 232-277 del PA. Pertanto è spettato al *Coetus de Monachis* studiare i canoni come formulati dal *Coetus de Bonis* e decidere come essi possano applicarsi ai Monaci e Religiosi, il che è stato fatto con il can. 15 come è proposto qui sotto.

Il Can. 21 ritiene lo ius vigens del PA can. 5 che nella riunione del Coetus del maggio 1975, come riferito nei *Nuntia* 4 pag. 6 nota 3, venne trasmesso ad una altra sezione del CICO, ove si dovrebbe parlare del diritto interterrituale. Non prevedendo al momento una tale sezione a sé stante nel CICO il Coetus ha ritenuto opportuno riprendere la revisione di questo canone, perché esso è di grande importanza in quanto il Concilio Vaticano II raccomanda vivamente ai Religiosi di rito latino che lavorano tra gli orientali di erigere case e province di rito orientale. Infatti nell'OE n. 6 si legge; «Religionibus vero et associationibus latini ritus, quae in regionibus vel inter fideles orientales operam praestant, enixe commendatur, ut maiorem apostolatus efficaciam, domos aut etiam provincias orientalis ritus, quantum fieri potest, constituant». Il PA can. 5 determina che tali *case* o *province* devono osservare non già il Codice latino, ma quello Orientale in tutto quello che non riguarda il *regimem internum* determinato dagli statuti del rispettivo Ordine o Congregazione.

Le modifiche nel canone sono di minore importanza: nel § 1 si aggiunge la parola «provinciae» perché menzionata esplicitamente nel testo conciliare, e si omette l'ultimo inciso «salvis privilegiis...» perché non è necessario in quanto simili aggiunte si suppongono in tutti i canoni dello stesso genere e sono in ogni caso del tutto ovvie.

Can. 10

§ 1. Superiorum maiorum nomine veniunt: Praeses Consociationis Confoederationum monasticarum, Praeses Confoederationis monasticae, Superior monasterii sui iuris, Superior generalis Ordinis vel Congregationis, Superior provincialis, eorundem vicarii aliique ad instar provincialium potestatem habentes.

§ 2. Nomine Superioris monachorum ceterorumque religiosorum non venit nec Hierarcha loci nec Patriarcha, firmis canonibus qui cum Patriarchae tum Hierarchae loci potestatem in ipsos tribuunt.

Can. 11

§ 1. Praeses Confoederationis monasticae, Superior monasterii sui iuris non confoederati, Superior generalis relationem de statu Monasteriorum, Ordinum vel Congregationum quibus praesunt quinto saltem quoque anno ad Hierarcham cui immediate subduntur mittere debent iuxta formulam ab eodem Hierarcha statutam.

§ 2. Quod attinet ad ea de quibus in can. 6 § 1 relatio quinto quoque anno a quibusvis Superioribus Monasteriorum de quibus in can. 23 necnon singularum domorum Ordinum vel Congregationum mittenda est Hierarchae loci, qui, in Ecclesiis patriarchalibus, certiore faciat Patriarcham modo a iure particulari statuto.

§ 3. Relatio fieri debet per documentum subsignatum a Superiore cum suo Consilio.

Can. 12

§ 1. Superiores Maiores quos ad hoc munus typica Monasteriorum vel statuta Ordinum et Congregationum designant, temporibus in iisdem definitis, omnes domos sibi subiectas visitent per se vel per alios si fuerint legitime impediti.

§ 2. Sodales cum visitatore fiducialiter agant, cui legitime interroganti respondere tenentur secundum veritatem in caritate; nemini vero fas est quoquo modo sodales ab hac obligatione avertere aut visitationis scopum aliter impedire.

§ 3. Hierarcha loci debet omnes domos Monasteriorum, Ordinum vel Congregationum Patriarchalium vel exemptione Pontificia gaudentium visitare, si Superior maior, cui visitatio iure competit, post quinque annos eas non visitaverit et, monitus ab Hierarcha loci, eas visitare neglexerit.

Can. 13

Superioribus incumbit grave officium curandi ut sodales sibi commissi vitam iuxta typica vel statuta propria componant: Superiores sodales exemplo et hortatione iuvent in consecutione finis status religiosi, eorum necessitatibus personalibus convenienter subveniant, infirmos sedulo curent ac visitent, corripiant inquietos, consolentur pusillanimos, patientes sint ad omnes.

Can. 14

Superiores suum proprium et permanens habeant Consilium ad normam typicorum vel statutorum constitutum, cuius opera in munere exercendo utantur oportet; in casibus a iure praescriptis eius consensum aut consilium, ad normam CS can. 35, exquirere tenentur.

Can. 15

§ 1. Monasteriorum sui iuris, Confoederatio monastica, Consociatio Confoederationum, Ordo et Congregatio, Ordinis Congregationisve provincia vel quasi provincia et domus sunt capaces acquirendi et possidendi quaevis bona temporalia nisi typica vel statuta acquirendi capacitatem excludant aut coarctent.

§ 2. In typicis vel statutis normae statuantur de usu et administratione bonorum ad propriam paupertatem fovendam, tuendam et exprimendam necnon normae quibus ambitus seu extensio capacitatis acquirendi expresse declarentur.

§ 3. Bona temporalia de quibus in § 1 reguntur normis in cann. NN 1, contentis nisi aliud a iure expresse caveatur aut ex natura rei constet; in collocatione vel collocationis mutatione pecuniae quae destinata sit operibus de quibus in can. NN § 3 2 requiritur ad validitatem actus consensus Hierarchae loci.

§ 4. Ad validitatem alienationis bonorum de quibus in can. NN requiri-
tur:

1) in territorio Ecclesiae patriarchalis licentia Patriarchae, ad normam NN quoties alienatio summam a Synodo Episcoporum statutam excedit;

2) extra territoria Ecclesiae patriarchalis licentia Sedis Apostolicae quoties alienatio summam ab ipsa Sede Apostolica statutam excedit⁴.

Can. 16

Omnis et singuli sodales Monasteriorum, Ordinum et Congregationum debent non solum quae nuncuparunt vota fideliter integreque servare sed etiam secundum typica vel statuta vitam componere atque ita ad perfectio-
nem sui status contendere.

Can. 17

Omnis et singuli sodales Monasteriorum, Ordinum et Congregationum tenentur obligationibus quibus clerici iure communi adstringuntur, nisi ex natura rei vel ex textu contextuque legis aliud constet.

⁴ Si tratta dei seguenti canoni del PA come rivisti dal relativo Coetus: nel § 3 con i cann. NN. il Coetus si riferisce in genere ai canoni *De bonis Ecclesiae temporalibus*, mentre il can. NN § 3 si riferisce al can. 254 del PA; nel § 4 la riferenza è al can. 279 e 281 (nel n. 1) del PA.

Can. 18

Litterae sodalium ad Superiores etiam externos quibus subsunt vel litterae quae ipsi ab iisdem Superioribus recipiunt, nulli inspectioni obnoxiae sunt.

Can. 19

Vetitum est monachos ceterosque religiosos titulis dignitatum vel officiorum mere honorificis augere; typicis vel statutis id permittentibus admittuntur tantummodo tituli officiorum maiorum quae sodales iam exercuerint.

Can. 20

§ 1. Sodalis Monasterii, Ordinis vel Congregationis, sine licentia proprii Superioris Maioris nequit inde a prima professione ad dignitates vel officia extra proprium institutum promoveri, iis exceptis quae per electionem a Synodo Episcoporum peractam conferuntur, et firmo can. NN § 2⁴.

§ 2. Sodalis renuntiatus Patriarcha vel Episcopus, manet votis ceterisque suaे professionis obligationibus adstrictus, iis exceptis quae cum sua dignitate ipse prudenter iudicet componi non posse; voce activa et passiva in proprio Monasterio, Ordine vel Congregatione caret; a potestate Superiorum eximitur.

§ 3. 1) Solidalis Monasterii vel Ordinis qui definitive professus est, si est Patriarcha, Episcopus eparchialis eique aequiparatus, proprietatem bonorum quae ipsi obveniunt etsi intuitu personae, acquirit Ecclesiae patriarchali, eparchiae vel exarchiae, secus Monasterio vel Ordini, firmo iure ipsius ad usumfructum ac administrationem eorundem bonorum.

2) Sodalis Congregationis vel temporanea tentummodo professione in Monasterio vel Ordine adstrictus, bonorum quae habebat recuperat usum, usumfructum et administrationem, quae postea ipsi abveniunt sibi plene acquirit.

§ 4. Expleto munere sodalis ad monasterium, Ordinem vel Congregationem redire debet firmis canonibus NN⁵.

Can. 21 (PA; 69/3)

§ 1. Domus et provinciae Religionum latini ritus, quae orientali ritui, probante Apostolica Sede, adscriptae sunt, ius hac lege statutum servare debent, salvis praescriptis statutorum quae internum regimen Religionis respi- ciunt.

⁴ Si tratta del can. 263 § 2 del Motu proprio «Cleri sanctitati» come rivisto dal Coetus de S. Hierarchia.

⁵ Si tratta dei canoni nuovi che il Coetus de S. Hierarchia ha elaborato i quali assicurano ai Religiosi già Patriarchi o Vescovi un conveniente sostentamento.

§ 2. Monasterium, Ordo vel Congregatio ritus orientalis quae, consenteiente Sede Apostolica, domus et provincias diversi ritus orientalis habent, quod attinet ad regimen ab illa ecclesiastica Hierarchia pendent, quam designaverit eadem Sedes Apostolica.

TITULUS II DE MONASTERIIS

Questa sezione è stata oggetto di due ampie relazioni nei *Nuntia* 4 (pp. 5-15) e 6 (pp. 42-55). Qui si dà una breve indicazione dei principali emendamenti introdotti nel corso della riunione del Coetus del febbraio 1979, che ha sottoposto la sezione ad un nuovo esame con lo scopo di concordare la terminologia, di abolire quei canoni che con la formulazione dei canoni preliminari diventavano superflui, e di decidere le questioni rimaste aperte nelle precedenti riunioni o comunque risolte con un minimo margine di voti, il che non permetteva di considerare i relativi testi dei canoni come approvati dall'intero Coetus. Gli emendamenti introdotti appaiono dallo schema seguente ove la prima colonna si riferisce ai numeri dei canoni già pubblicati nei *Nuntia*, la seconda al numero che il relativo canone ha nello schema presente (del febbraio 1979), mentre nella terza si delineano in modo generico le modifiche e le osservazioni ai singoli canoni:

<i>Nuntia</i> 4	Schema 1979	Osservazioni
pag. 7 can. 1	can. 22	—
» 8 » 2	—	Incluso nel can. 4 preliminare
» 8 » 3	can. 23	—
» 8 Art. 1 can. 1	» 24	Emendamenti redazionali
» 9 » » 2	» 25	—
» » » » 3	» 26	Emendamenti redazionali
» » » » 4	» 27	Emendamenti redazionali
» 10 » » 5	» 28	» "
» » » » 6	—	Incluso nel can. 5 dei preliminari
» » » » 7	» 29	—
» 11 Art. 2 can. 1	» 30	Emendamenti redazionali
» 12 » » 2	» 31	» "
» » » » 3	» 32	Cambiato sostanzialmente col ritorno al PA can. 32 § 1: Superior monasterii sui iuris in officio ad vitam permanet nisi aliter ferat typicum. Si aggiunge un paragrafo (che diventa § 3 mentre il § 3 dei <i>Nuntia</i> 2 diventa § 4) del seguente tenore:
» » » » 4	» 33	Sodales Synaxis electionis omnes eligere satagant quos in Domino vere dignos et idoneos

»	»	»	»	»	5	»	34
»	»	»	»	»	6	—	

Nuntia 4 Schema 1979

pag.	12	Art.	2	can.	7	can.	—
»	13	»	»	»	8	»	—
»	»	»	»	»	9	»	—
»	»	Art.	3	»	1	»	35
»	14	»	»	»	1	»	—
»	15	»	»	»	2	»	36

Nuntia 6

pag.	42	Art.	5	can.	1	can.	37
»	43	»	»	»	2	»	38
»	43	Art.	6	»	1	»	39

»	44	»	»	»	2	»	40
---	----	---	---	---	---	---	----

»	»	»	»	»	3	»	41
---	---	---	---	---	---	---	----

pag.	44	Art.	6	can.	4	can.	42
»	»	»	»	»	5	»	43
»	45	Art.	7	»	1	»	44
»	»	»	»	»	2	»	45
»	»	»	»	»	3	»	46
»	»	»	»	»	4	»	47
»	»	»	»	»	5	»	48
»	»	»	»	»	6	»	49
»	»	»	»	»	7	»	50
»	47	Art.	8	»	1	»	51
— —						»	52

pro officio Superioris agnoscent, abstinentes a quovis abusu et potissimum a suffragiorum procuratione tam pro seipsis quam pro aliis.

Incorporato nel can. 13 dei preliminari

Osservazioni

Incorporato nel can. 11 dei preliminari

»	»	12	»
---	---	----	---

»	»	14	»
---	---	----	---

Emendamenti redazionali

Incorporato nel can. 15 dei preliminari

—	—
---	---

Un emendamento redazionale

Si aggiunge un numero 1 «non catholici», mentre il n. 1 attuale diventato n. 2 viene cambiato in «qui poenae canonicae subiciuntur, exceptis poenis de quibus in can. NN (can. 29 dello schema de Delictis pubblicato nei *Nuntia 4*, pag. 87).

Si accetta nell'alternativa A, di cui nei *Nuntia 6* pag. 44, con il seguente testo: «Nemo valide admitti potest in monasterium ritus a proprio diversi, nisi dispensationem obtinuerit a Suprema Auctoritate Ecclesiae proprii ritus, salvo recursu ad Sedem Apostolicam.

Il § 2 si cambia nel seguente modo: Admitti non possunt in monasterium parentes quorum opera sit ad liberos alendos et educandos necessaria, nec filii qui patri vel matri, avo vel aviae in gravi necessitate constitutis opitulari debent, nisi monasterium aliter de re providebit.

—	—
---	---

—	—
---	---

—	—
---	---

La parola *annum* si cambia in *biennium*

—	—
---	---

—	—
---	---

—	—
---	---

Emendato redazionalmente.

Si riammette nel testo il can. 109 del PA omesso nel 1975. Il testo del canone è il seguente:

Quod attinet ad diversos professionis monasticae definitivae gradus, salva in singulis gradibus vi definitiva eiusdem professionis, standum typicis monasteriorum.

<i>Nuntia 6</i>		Schema 1979	Osservazioni
pag. 47 Art. 8 can. 2		can. 53	— —
" 48 " " " 3		" 54	— —
" " " " 4		" 55	— —
" " " " 5		" 56	— —
" " " " 6		" 57	Si aggiunge il § 2 del seguente tenore: De debitis quae monachus post professio- nem definitivam contraxerit cum licentia Su- perioris, respondere debet monasterium; si vero sine licentia Superioris debita contraxerit ipse- met respondere debet.
pag. 48 Art. 8 can. 7		" 58	Si aggiunge «quaelibet officia et» prima del «propriam». Si omette perché si tratta di casi del tutto ecce- zionali.
" " " " 8		—	— —
" " " " 9		can. 59	— —
" 49 Art. 9 can. 1		" 60	— —
" " " " 2		" 61	— —
" 50 Art. 10 " 1		—	Incorporato nel can. 17 dei preliminari.
" " " " 2		—	Incorporato nel can. 16 dei preliminari.
— —		can. 62	Formulato nel febbraio 1979 nel seguente mo- do: Superior monasterii sui iuris ad normam ty- picorum dare potest suis sodalibus litteras di- missorias ad ordines diaconatus vel presbytera- tus, emissा definitiva professione; hae litterae mittendae sunt Hierarchae cui monasterium immediate subicitur vel Episcopo ab ipso Hie- rarcha designato.
pag. 50 Art. 10 can. 3		can. 63	— —
" 51 " " " 4		" 64	Il § 1 si riformula come segue:
" 51 " " " 5		" 65	§ 1. In monasteriis canonice constitutis ser- vetur clausura modo in typicis praescripto, sal- va facultate Superioris per modum actus et gra- vi causa in partes clausurae obnoxias admit- tendi personas alterius sexus, praeter illos quae iuxta typica clausuram ingredi possunt.
pag. 51 Art. 10 can. 6		can. 66	Si aggiunge in fine «firmo can. 61».
— —		" 67	Si riammette nello schema PA can. 154 § 3 con il testo seguente adatto ai monaci: Si, Hierarchae loci iudicio, monachorum au- xilium ad catecheticam populi institutionem sit necessarium, Superiores monasteriorum, etiam exemptorum, ab eodem Hierarcha requisiti, debent per se vel per suos sodales, illam populo tradere in propriis ecclesiis.

<i>Nuntia 6</i>	<i>Schema 1979</i>	<i>Osservazioni</i>
pag. 51 Art. 10 can. 7	can. 68	Emendato redazionalmente. Incorporato nel can. 18 dei preliminari DE EREMITIS
» » » » 8	—	
— —	can. 69	
— —	» 70	Eremita est monachus qui in coelestium contemplatione sese totum collocat et ab hominibus mundoque ex toto segregatur.
— —	» 71	Ad vitam eremiticam legitime aggrediendam requiritur ut monachus, licentiam Superioris Monasterii sui iuris, ad quem pertinet, de consensu sui Consilii obtainuerit; et ut saltem per sex annos a die definitivae professionis computandos vitam in monasterio peregerit.
— —	» 72	Locus in quo eremita vivit sit a Superiore Monasterii designatus, atque speciali modo a saeculo et a ceteris partibus monasterii segregatus: si vero locus extra territoria monasterii inveniatur requiritur insuper consensus scripto datus loci Hierarchae.
— —	» 73	Eremita a Superiore monasterii proprii depender atque canonibus de monachis et typicis monasterii obligatur, in quantum haec cum sua vita eremitica componi possunt.
— —	» 74	Superior monasterii ius habet, de consensu sui Consilii, imponendi finem vitae eremiticae iustas ob causas, etiam invito eremita. Si noti che il Coetus nel 1975 trasmetteva il PA can. 4 ad «una auspicata sezione particolare che tratti più ampiamente della vita eremitica». (<i>Nuntia 4</i> pag. 6 nota 3). I cinque canoni riportati qui sopra ne sono il risultato, accettato nel febbraio del 1979, essi costituiscono il CAPUT VI nella sezione <i>De Monasteriis</i> .
		Costituisce un caput (VII) a sé nello schema del 1979 con il seguente testo che è una revisione del PA can. 164:
		§ 1. Monasteria quae stauropegii privilegio ad normam CS 263 donantur a potestate Hierarchae loci eximuntur et potestati Patriarchae immediate et exclusive subiciuntur sive regimen internum et disciplinam quod spectat sive quae ad divini cultus exercitium et externa apostolatus opera in territorio monasterii exercenda referuntur.
<i>Nuntia 6</i>	<i>Schema 1979</i>	<i>Osservazioni</i>
		§ 2. Nisi aliud in decreto Patriarchae statuantur, hoc privilegium afficit tantum monasterium, personas eidem adscriptas, et familiares

pag. 54 Art. 12 can. 1	can. 75
» » » » » 2	» 76
pag. 52 Art. 11 can. 1	» 77
» » » » » 2	» 78
pag. 52 Art. 11 can. 3	can. 79
» » » » » 4	» 80
» 53 » » » 5	» 81
» 53 » » » 6	» 82
» 55 Art. 13 can. 1	» 83
	§ 1

Nuntia 6
PA cann. 209-219

Schema 1979
can. 84

qui die noctuque in domo degunt, firmo praescripto § 3.

§ 3. Personae quaevis quae ad monasterium stauropegiacum non pertineant, tempore quo eidem sunt addictae, a iurisdictione loci Hierarchae eximuntur et uni Patriarchae subiciuntur in iis omnibus quae ad suum munus seu officium aut monasterii disciplinam spectant. Nel § 4 si aggiunge la parola «ad validitatem» prima di «transitus».

Si aggiunge un § (riceve il n. 3, mentre il § 3 diventa § 4) del seguente tenore:

In transitu e Monasterio ad Ordinem vel Congregationem servetur praescriptum can. 120.

È stato ridotto al seguente brevissimo testo:

Professus votorum temporiorum in monasteriis dimittitur ad normam can. 129.

Il § 3 è stato riformulato in modo da non riferirsi al breve processo penale di cui al canone 3 dello schema de delictis; vedasi pubblicato nel Nuntia 4, pag. 78. Il nuovo testo del § 3 è il seguente:

§ 3. Quando illa de quibus in § 1 imponuntur monacho renuenti Praeses Confoederationis vel Hierarcha antequam decretum validum in re ferunt, monachum plena facultate eidem sese defendendi servata, ad discussionem oralem admittant praesentibus duobus antiquioribus definitive professis monasterii sodalibus et notario; in decreto exponendae sunt, ad eiusdem decreti validitatem, rationes facti et iuris, quibus decisio innititur.

Emendato redazionalmente.

» »
» »

Si aggiunge in fine «etiam dimissione ad normam canonum 83-84».

Il § 2 cfr. infra can. 85.

Osservazioni
Il Coetus del 1979 rivede la posizione presa nel 1977 di cui si dà la relazione nei Nuntia 6 pag. 55 e sostituisce i canoni 209-219 del PA con il seguente canon unicus, improntato al testo della Commissione latina (schema can. 83):

In aliis casibus qui statum monasticum definitive assumpsit ne dimittatur nisi ad normam §§ 1-4 qui sequuntur:

pag. 55 Art. 13 can. 1
— — § 2

can. 85
» 86

§ 1. Ad decretum dimissionis ferendum competens est Praeses Confoederationis monasticae, Superior monasterii sui iuris non foederati, unusquisque cum consensu sui Consilii quod in casu simul cum Superiore Praeside quinque saltem membris ad validitatem constare debet, ita ut deficientibus vel absentibus ordinariis consiliariis alii ad normam typicorum advocentur; suffragatio autem secreto fieri debet.

§ 2. Ad dimissionem decernendam, prater alias conditiones a Typicis forte statutas, requiritur ut:

1) Causae dimissionis sint graves, culpabiles et iuridice comprobatae;

2) Dimissioni praecesserint, cum formalis comminatione subsecutae dimissionis, duae monitiones canonicae quae in cassum cesserint;

3) Causae dimissionis monacho manifestae fuerint in scriptis, data eidem, post singulas monitiones, plena libertate sese defendendi;

4) Tempus utile a typicis statutum ab ultima monitione elapsum fuerit.

§ 3. Responsiones monachi scripto exaratae allegantur actis quae iis de quibus in § 1 submittenda sunt.

§ 4. Decretum dimissionis executioni mandari nequit nisi fuerit a Hierarcha cui monasterium immediate subicitur probatum.

Il Coetus del 1979 ritiene qui la sostanza dei cann. 194, 222 n. 5 del PA con il seguente testo:

Monasterium ex caritate providere debet ut, per aliquod tempus, mutuo consensu, vel, in casu dissensus, ab Hierarcha cui monasterium immediate subicitur determinandum, monachus dimissus honeste vivere possit.

TITULUS III

DE ORDINIBUS ET CONGREGATIONIBUS

Per comporre il «testo-base» per la riunione del febbraio 1979 il Gruppo Minore ha dovuto innanzitutto riesaminare l'intero Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris» raggruppando insieme i testi che si riferiscono esclusivamente agli Ordini e alle Congregazioni e disponendoli nello stesso modo, come si è fatto per il Titulus II De Monasteriis, cioè iniziando (Caput I) dai canoni «De erectione et suppressione Ordinis vel Congregationis, provinciae, domus» e concludendo con i canoni (Caput VIII) «De dimissione ab Ordine vel Congregatione».

La struttura di questa parte dello schema, dopo le opportune modifiche e omissioni approvate dal Coetus, è risultata molto simile a quella concernente i monaci anche per quanto riguarda il numero dei canoni in essa contenuti (45 sono i canoni del Titulus II, mentre nel Titulus III sarebbero 47). Tuttavia a questo proposito va notato che il numero dei canoni di questa sezione si accresce alquanto a causa di quei canoni che rinviano all'applicazione delle norme contemplate nei testi corrispondenti della sezione de monachis (così 4 canoni per l'ammissione al noviziato menzionati nel can. 100; 2 canoni sulla istituzione dei novizi citati nel can. 108; 4 canoni de professione monastica valevoli per gli Ordini nel can. 116; 4 canoni de dimissione menzionati nel can. 134 ed alcuni altri). Su questi rinvii ai canoni De monachis si è fatto un accenno più sopra. Al Coetus sembra che lo schema diviso come è attualmente sarà di molto più facile consultazione di quanto non lo è l'attuale «Motu proprio» ove sotto ogni titolo si parla promiscuamente di Monasteri, Ordini e Congregazioni.

Come primo canone di questa sezione si è inserito con numero 87 il can. 314 del PA dalla sezione «De Verborum significatione». Esso rimane sostanzialmente immutato; le modifiche sono piuttosto redazionali, mentre circa il § 5 il Coetus stesso dubita se debba rimanere nel CICO dato che, come sembra, in nessun canone dello schema si parla della «domus formata» in contrapposizione ad una «domus non formata».

Gli altri canoni riportati qui sotto si trovano tutti nello stesso «Motu proprio» nella parte prima intitolata «De monachis ceterisque Religiosis». Essi sono stati generalmente accettati dal Coetus così come sono stati formulati dal gruppo minore, e non presentavano grande difficoltà eccettuate alcune questioni particolari come quelle se o no sufficiente per la fondazione e soppressione di un Ordine o Congregazione patriarchali il *consensus Synodi permanentis*. Su proposta di un Consultore il Coetus dopo un opportuno dibattito, ha accettato la formulazione dei cann. 88 e 89 che richiedono il *consensus Synodi episcoporum* per la erezione e soppressione di un Ordine o Congregazione patriarchali ed anche per la decisione circa la destinazione del patrimonio di questi Ordini e Congregazioni. L'atto di fondazione, soppressione, disposizione circa i beni è di competenza del Patriarca, ma al Coetus

esso sembra essere di tale importanza da non poter essere valido se non dopo una riunione formale del Synodus episcoporum ove la maggioranza si pronunci a favore del Patriarca.

Sempre difficili le questioni riguardanti la distinzione tra la «potestas dominativa publica»⁶ e la vera «potestas iurisdictionis» che nella terminologia del Coetus secundus si chiama potestas regiminis, si intende esecutiva nel caso dei Superiori Religiosi. Di questo problema si è discusso più volte nelle varie riunioni del Coetus. Al momento si può osservare che la questione non è del tutto risolta il che si può intravedere dalla comparazione tra il can. 94 con il can. 306 del PA che viene citato nel § 2 dello stesso canone. Parecchie questioni sono connesse con questo canone, tra le quali per esempio quella che riguarda la concessione delle *litterae dimissoriae* ai membri degli Ordini e Congregazioni non clericali (*ex instituto* — come vuole il can. 87 § 3), ove i Superiori non possono godere della vera «potestas iurisdictionis» ma solo di quella «dominativa». Infatti se la concessione delle «*litterae dimissoriae*» viene considerato un *actus potestatis iurisdictionis esse* non possono essere concesse dai Superiori negli Ordini e Congregazioni non clericali (e nemmeno nei monasteri ove — *Nuntia* 4 pag. 11 can. 1 — Superiori non avrebbero *ex instituto* se non la potestas dominativa).

Il *Coetus* dopo un approfondito dibattito al riguardo propone che la concessione delle *litterae dimissoriae* non venga più considerata come un *actus iurisdictionis* ma piuttosto come una semplice richiesta ad ordines recipiendos presentata dal Superiore religioso al vescovo determinato nel diritto: così si deve intendere il can. 119 ed il can. 62 de monachis (cfr. sopra a pag. 46) che viene formulato nella riunione del febbraio 1979 insieme al can. 119.

Laboriosa era anche la revisione dei cann. 179-181 del PA circa il religiosus qui paroeciam regit. Dal dibattito ne uscì il can. 124 dello schema presente. Data la complessità dei problemi che implica la riunione di una parrocchia con una casa religiosa il Coetus propone che nel futuro CICO non si specifichino in dettaglio i diritti del *Superior* e quelli del parroco, ma che si lasci questo alle convenzioni che caso per caso si dovranno fare tra il Vescovo e la Comunità Religiosa: il che si intende specificare ulteriormente nello schema dei canoni de parochis.

Il can. 126 è stato discusso in relazione alla proposta del Gruppo minore di inserire tra i canoni preliminari un canone del seguente tenore:

Sodales monasteriorum, Ordinum atque Congregationum stipem petere possunt dummodo Hierarcha cui monasterium, Ordo vel Congregatio immediate subicitur licentiam dederit atque accedat consensus scripto datus Hierarchae proprii uniuscuiusque Ecclesiae in qua stips colligitur.

Il canone così proposto è stato discusso due volte nel *Coetus* (13 e 20 febbraio). Nel corso della discussione è prevalsa l'opinione che non è consueto alle tradizioni orientali il fatto che si permetta ai monaci di «colligere ele-

⁶ Si veda Pujol «*De religiosis orientalibus ad normam vigentis iuris*» Roma 1957, pp. 125 seg.

mosynas extra claustra», e pertanto si sono omesse nel testo le parole «monasteriorum» e «monasterium» ed il canone si è trasferito al titolo III «de Ordinibus et Congregationibus».

Altri canoni dello schema, benché discussi uno per uno, non presentavano gravi difficoltà: di conseguenza sono stati accettati dal Coetus, con alcuni emendamenti, così come proposti dal Gruppo minore date anche le convincenti spiegazioni del Relator soprattutto circa la figura giuridica, rimasta quasi immutata delle «Societates sine votis» (titolo IV) e degli *Istituti secolari* (titolo V) sui quali nello schema non vi è altro se non tre canoni, che specificano, come si spera, solo la loro natura sostanziale lasciando, per il resto, ampia libertà al carisma speciale di ognuno di essi secondo le Costituzioni che l'autorità ecclesiastica dovrà in ogni caso approvare.

TITULUS III

DE ORDINIBUS ET CONGREGATIONIBUS

Can. 87 (PA 314)

§ 1. *Ordo* est persona iuridica in qua, licet sodales non sint monachi, vota nuncupantur, quae votis monachorum aequiparantur.

§ 2. *Congregatio* est persona iuridica in qua sodales tria vota publica oboedientiae, castitatis et paupertatis emittuntur, quae tamen votis monachorum non aequiparantur, sed propriam vim habent ad normam iuris communis vel statutorum.

§ 3. *Ordo* et *Congregatio* dicuntur clericales si in iis plerique sodales et omnes Superiores ex Instituto sacerdotio augentur.

§ 4. *Provincia* indicat personam iuridicam, partem eiusdem Ordinis vel Congregationis, pluribus domibus constantem, quam Superior Maior immediate regit.

§ 5. *Domus formata* ea est in qua sex saltem sodales professi degunt quorum, si agatur de clericalibus Ordine vel Congregatione, quattuor saltem sint sacerdotio aucti¹.

CAPUT I

DE ERECTIONE ET SUPPRESSIONE ORDINIS, CONGREGATIONIS, PROVINCIAE, DOMUS

Can. 88 (PA 13)

§ 1. Hierarchae loci concedere possunt Congregationes, in territorio Ecclesiae patriarchalis, auditio Patriarcha, in ceteris vero casibus consulta Sede Apostolica.

§ 2. Patriarcha concedere potest Ordines et Congregationes patriarchales de consensu Synodi episcoporum.

§ 3. Congregatio eparchialis, quae decursu temporis in plures eparchias diffusa sit fieri potest patriarchalis, modo in § 2 praescripto, decreto Patriarchae, auditis iis quorum interest et obtento consensu Synodi permanentis.

§ 4. In erectione Congregationum et Ordinum caveatur ne in eodem territorio multiplicantur Ordines et Congregationes quae fere eundem habent finem et missionem.

Can. 90 (PA 14)

§ 1. Ordo et Congregatio patriarchales supprimi possunt a Patriarcha modo in canone praecedenti § 2 praescripto.

§ 2. Congregationem eparchialem supprimere potest Patriarcha auditis iis quorum interest et de consensu Synodi permanentis.

§ 3. Patriarcha qui legitime supprimit Ordinem vel Congregationem potest etiam de bonis suppressi Ordinis vel Congregationis statuere de consensu Synodi episcoporum vel in casu Congregationis eparchialis de consensu Synodi permanentis, et salva offerentium voluntate.

Can. 91 (novus)

De decisionibus de quibus in cann. 89 et 90 Patriarcha tempestive Sedium Apostolicam certiore faciat.

Can. 92 (PA 15)

§ 1. Ordinem vel Congregationem in provincias dividere, constitutas iam provincias coniungere vel aliter circumscribere, novas concedere conditaves supprimere pertinet ad auctoritatem a Statutis Ordinis vel Congregationis determinatam.

§ 2. De bonis extinctae provinciae statuere, salvis iustitiae legibus et fundatorum voluntate spectat, nisi statuta aliud caveant, ad Synaxim generali vel, urgente necessitate, ad Superiorem generalem de consensu sui Consilii.

Can. 93 (PA 17, 19, 20)

§ 1. Ordo et Congregatio quaevi domos valide constituere vel supprimere non potest nisi de consensu, scripto dato, Hierarchae loci; si agatur de prima domo Ordinis vel Congregationis patriarchalis in aliqua eparchia constituenda vel de unica domo alicuius Ordinis vel Congregationis supprimenda, requiritur insuper consensus Patriarchae et, extra territoria Ecclesiae patriarchalis, Sedis Apostolicae.

§ 2. Quae de monasteriis praescripta sunt in can. 25 serventur etiam de Ordinibus et Congregationibus.

Can. 94 (PA 7, 21, 22)

De consensu vel licentia de quibus in cann. 89-93 valent ea de quibus in can. 29.

CAPUT II

DE SUPERIORIBUS ET SYNAXIBUS IN ORDINIBUS ET CONGREGATIONIBUS

Can. 95 (PA 26, 79)

§ 1. Superiores in Ordinibus et Congregationibus clericalibus, praeter potestatem dominativam in sodales gaudent etiam potestate ecclesiastica regiminis pro foro tam externo quam interno prout in statutis legitime approbatis vel in iure communi ipsis tribuitur.

§ 2. Ii de quibus in § 1 si sunt Superiores Maiores in Ordinibus et Congregationibus patriarchalibus veniunt nomine Hierarchae ad normam can. PA 306.

§ 3. Superiores in Ordinibus et Congregationibus non clericalibus ad normam statutorum et iuris communis, potestatem habent dominativam in sodales, sed numquam veniunt nomine Hierarchae.

Can. 99 (PA 31)

§ 1. Firmis statutis quae potiora requisita exigant, ad valide suscipiendum officium Superioris Maioris in Ordinibus et Congregationibus requiriatur ut quis in eodem Ordine vel Congregatione professus sit per decem saltem annos a prima professione computandos.

§ 2. Si de Superiori generali Ordinis vel Congregationis agatur praeter ea quae ad validitatem in Superiori Maiore sive in statutis sive in § 1 requiruntur necesse est ut annos quadraginta expleverit.

Can. 97 (PA 32 e 33)

§ 1. Superior generalis Ordinis vel Congregationis ad tempus definitum constituatur, nisi aliter ferant statuta.

§ 2. Ceteri Superiores sive maiores sive locales constituantur ad tempus in statutis determinatum, quo exacto ad idem officium iterum assumi possunt, sed non immediate tertio in eadem provincia si de Superioribus maioribus agatur vel eadem domo si de localibus; tempus in statutis determinatum numquam sexennium excedere potest.

§ 3. In territorio Ecclesiae patriarchalis, Patriarcha, iusta de causa, ad petitionem Superiorum maiorum et auditio loci Hierarcha, dispensare potest, Superiores locales quod attinet, a praescripto de quo in § 2.

Can. 98 (PA 34 e 35)

§ 1. Superior generalis in Ordinibus et Congregationibus electione designetur ad normam statutorum.

§ 2. Alii Superiores Maiores ad normam statutorum designentur; ita tamen ut si elegantur, confirmatione Superioris generalis indigeant; si vero nonminentur, apta consultatio praecedat.

§ 3. Superiores locales ad normam statutorum constituantur, praevia apta consultatione.

§ 4. In electionibus sedulo serventur praescripta canonum CS 102-124 (nel testo rivisto) necnon canon 33 § 3.

Can. 99 (PA 50-62, 138)

§ 1. Superiores omnes frequentem accessum ad Poenitentiae Sacramentum promovere studeant atque provideant ut sodalibus idonei confessarii praesto sint a quibus saltem bis in mense hoc Sacramentum recipere possint, nulla vero facta obligatione ad illos accedendi et firmo 35 § 3.

§ 2. Confessarii in Ordinibus et Congregationibus clericalibus a Superioribus maioribus ad normam statutorum instituuntur, in ceteris vero Ordinibus et Congregationibus cuiuscumque iuridicæ conditionis a Hierarcha loci collatis consiliis cum communitate cuius interest.

Can. 100 (PA 48 § 2, 3 et 5)

§ 1. Sint pro administratione bonorum temporalium in Ordinibus et Congregationibus oeconomi; generalis qui Ordinis vel Congregationis universae bona administret; provincialis qui provinciae; localis qui singularum domorum; qui omnes officio suo fungantur sub moderamine Superioris.

§ 2. Oeconomi generalis et provincialis munus gerere Superior ipse non potest; munus vero oeconomi localis, quamvis melius a munere Superioris distinguatur, componi tamen cum eo potest, si necessitas id exigat.

§ 3. Si de modo oeconomos designandi statuta sileant, a Superiore Maiori de consensu sui Consilii nominentur.

CAPUT III

DE ADMISSIONE IN ORDINES ET CONGREGATIONES ATQUE NOVITIATU

Can. 101 (PA 70, 74)

Ea quae de admissione in monasteria sui iuris in canonibus 39-41 et 43 praescribuntur valent etiam de Ordinibus et Congregationibus.

Can. 102 (PA 71-73)

Candidatus antequam ad novitiatum admittatur sit congruenter praeparatus, per tempus a statutis determinatum sub speciali cura probati religiosi.

Can. 103 (PA 75)

Ius admittendi candidatos ad novitiatum pertinet ad Superiores Maiores ad normam statutorum servatis §§ 2 et 3 can. 42.

Can. 104 (PA 85)

Novitiatus incipit modo a statutis praescripto.

Can. 105 (PA 87)

Superioris generalis de consensu sui Consilii est:

1) Sedes novitiatus constituere in aliqua domo Ordinis vel Congregationis vel cas iam constitutas in aliam domum transferre, praemonitis Hierarchis locorum quorum interest;

2) permittere ut novitiorum coetus per certa temporis spatia, in alia proprii Ordinis vel Congregationis domo, a se designata, commorenentur;

3) si exiguis novitiorum numerus ad vitam communem promovendam non aptus esse videatur, collocare novitiatum apud Ordinis vel Congregationis communitatatem quae ad formationem parvi eiusmodi coetus novitiorum fovendam idonea sit.

Can. 106 (PA 88, 89)

§ 1. Ad validitatem requiritur ut novitiatus annum continuum complectatur in domo ad hoc rite designata.

§ 2. Absentia a coetu et a domo novitiatus quae tres menses, sive continuos sive intermissos, superet ipsum novitiatum invalidum reddit; absentia tribus mensibus brevior, apta prorogatione completur auctoritate Superioris Maioris auditio Novitiorum Magistro; brevissima vero, dispositione Superioris Maioris solvitur.

§ 3. Si in Ordine vel Congregatione longius novitiatus tempus in statutis praescribatur, illud non requiritur ut valeat professio, nisi in iisdem statutis aliud expresse dicatur.

Can. 107 (PA 92-97)

§ 1. Novitiorum institutioni praeficiendus est Magister ad normam statutorum, decem saltem ab annis a prima professione professus, prudentia, caritate, pietate, scientia, et status religiosi observantia conspicuus et, si de Ordine vel Congregatione clericali agantur, in presbyteratus ordine constitutus.

§ 2. Magistro si opus fuerit, cooperatores dari possunt qui in omnibus eius subsint quoad moderamen novitiatus et institutionis rationem.

§ 3. Uni Magistro ius est et officium consulendi novitiorum institutioni, ad ipsumque unum novitiatus regimen spectat, ita ut nemini liceat hisce se, quovis colore, immiscere, exceptis Superioribus quibus id a statutis permittitur ac Visitatoribus; ad disciplinam vero universae domus quod attinet, Magister, quemadmodum et novitii, Superiori est obnoxius.

§ 4. Novitus potestati Magistri ac Superiorum Ordinis vel Congregationis subest iisque oboedire debet.

Can. 108 (PA 98-99)

§ 1. Tempore novitiatus in id omni studio incumbendum est ut, sub disciplina Magistri, informetur novitii animus studio statutorum, piis meditationibus assiduaque prece, iis perdescendis quae ad vota et ad virtutes pertinent, exercitationibus opportunis ad vitia exstirpanda, ad compescendos animi motus, ad virtutes acquirendas.

§ 2. Tempore novitiatus ne destinentur novitii exterioribus Ordinis vel Congregationis muniis neve dedita opera studiis vacent litterarum, scientiarum aut artium.

Can. 109 (PA 101-105)

Ea quae de novitiis praescribuntur in canonibus 49 et 50 valent etiam de Ordinibus et Congregationibus.

CAPUT IV

DE PROFESSIONE IN ORDINIBUS ET CONGREGATIONIBUS

Can. 110 (PA 110)

§ 1. In Ordinibus et Congregationibus quibusvis, exacto tempore novitiatus, illico ad tempus definitum professio publica votorum oboedientiae, castitatis et paupertatis emitenda est, quae nec triennio brevius nec novenio longius sit ad normam statutorum.

§ 2. Tempus de quo in § 1 Superior Maior potest, renovata a sodali professione temporanea, prorogare dummodo intervallum decurrens a fine novitiatus ad definitivae professionis emissionem novennium numquam excedat.

Can. 111 (PA 106)

Ad validitatem professionis temporaneae, praeter conditiones a statutis appositas, requiritur novitiatus valide peractus, admissio ad professionem a Superiore Maiore facta necnon receptio professionis a Superiore in statutis determinato.

Can. 112 (PA 114)

Professione temporanea adstricti eadem obligatione ac definitivae professi tenentur observandi statuta; voce activa et passiva carent, nisi aliud expresse caveatur in statutis.

Can. 113 (PA 115, 116, 119)

§ 1. Professio temporanea actus votis contrarios reddit illicitos sed non invalidos, nisi aliud expresse iure communi cautum fuerit.

§ 2. Haec professio non aufert sodali proprietatem bonorum suorum neque capacitatem alia bona acquirendi; sodali tamen non licet per actum inter vivos dominium bonorum suorum titulo gratioso abdicare.

§ 3. Quidquid autem sodalis industria sua vel intuitu Ordinis vel Congregationis acquirit, ipsi Ordini vel Congregationi acquirit; nisi contrarium legitime probetur praesumitur sodalem acquirere intuitu Ordinis vel Congregationis.

§ 4. Cessationem vel dispositionem de quibus in can. 49 § 2 professus mutare potest non quidem proprio arbitrio sed de Superioris Maioris consensu, dummodo mutatio ne fiat in favorem Ordinis vel Congregationis; per discessum autem ab Ordine vel Congregatione eiusmodi cessio ac dispositio habere vim desinit.

§ 5. Sodalis ante professionem definitivam testamentum libere condat.

§ 6. Si sodalis professione temporanea adstrictus debita et obligationes contraxerit ipse respondere debet, nisi de Superioris licentia negotium Ordinis vel Congregationis gesserit.

Can. 114 (PA 120)

Emissa professione temporanea ipso facto et sine ulla declaratione vacant quaelibet professi officia.

Can. 115 (PA 117 e 119)

§ 1. Candidatus ad professionem definitivam in Ordinibus intra sexagesima dies ante professionem debet omnibus bonis quae actu habet, cui maluerit, sub condicione secuturae professionis renuntiare; renuntiatio ante hoc tempus facta ipso iure irrita est.

§ 2. Emissa professione definitiva in Ordinibus ea omnia statim fiant quae necessaria sunt ut renuntiatio etiam iure civili effectum consequatur.

Can. 116 (PA 106. § 2)

Ad validitatem professionis definitivae, prater conditiones a statutis ap- positas requiritur praevia professio temporanea ad normam can. 109, admis- sio a Superiore maiore facta necnon receptio professionis a Superiore in sta- tutis determinato.

Can. 117 (novus)

§ 1. In Ordinibus professio definitiva monasticae aequiparatur, proinde servandi sunt canones 55-58.

§ 2. Per professionem definitivam in Congregationibus sodales sacro vinculo perpetuo Congregationi plene aggregantur immutatis tamen effectibus iuridicis professionis de quibus in can. 112.

CAPUT V

DE INSTITUTIONE ET DE DISCIPLINA IN ORDINIBUS ET CONGREGATIONIBUS SERVANDA

Can. 118 (PA 123-130; 78/3)

Institutio sodalium qui ad sacros ordines destinantur fieri debet iuxta Rationem studiorum in canonibus NN (de seminariis) praescriptam, in sede Ordinis vel Congregationis a Synaxi generali vel a Superioribus Maioribus ad normam statutorum approbata; si vero sedes propria rite instructa haberi nequit sodales institui debent sub ductu probati Moderatoris in alio seminario vel Athaeneo ab auctoritate ecclesiastica adprobato.

Can. 119 (PA 123-130; 78/3)

Modus institutionis sodalium qui ad ordines sacros non destinantur in statutis Ordinis vel Congregationis ita determinetur ut ipsorum capacitates rite evolvantur studio sacrae doctrinae et acquisitione humanae culturae pro temporum necessitatibus, et sic aptiores evadant in exercitio artium atque munerum quae ab Ordine vel Congregatione legitime assumuntur.

Can. 120 (PA 131-134; 78/3)

§ 1. Superiores Maiores in Ordinibus et Congregationibus ad normam statutorum dare possunt litteras dimissorias ad ordines sacros sodalibus definitive professis vel elapso triennio a prima professione.

§ 2. Episcopus ad quem Superior litteras dimissorias mittere debet, est Episcopus eparchiae, in qua sita est domus religiosa, ad cuius familiam pertinet ordinandus; ad alium Episcopum vero, cum Episcopus eparchialis licentiam dederit, aut sit diversi ritus, aut sit absens, vel denique cum eparchia vacet nec eam regat qui charactere episcopali polleat; de quibus omnibus necesse est ut Episcopo ordinaturo in singulis casibus constet ex authentico curiae episcopali testimonio.

Can. 121 (PA 138 e 157)

§ 1. In singulis domibus Ordinum et Congregationum divinum officium iuxta proprium ritum celebretur ad normam statutorum et legitimarum consuetudinum.

§ 2. Curent Superiores ut omnes sodales ad normam statutorum ea de quibus in can. 63 praescribuntur adimpleant.

Can. 122 (PA 139)

Ad habitum sodalium quod spectat standum praescriptis statutorum et normis Hierarcharum locorum.

Can. 123 (PA 148-153)

Normae quae clausuram attinent in statutis singulorum Ordinum et Congregationum iuxta propriam indolem determinentur, firma facultate omnium Superiorum, etiam localium, iusta de causa per modum actus ab his normis dispensandi.

Can. 124 (PA 154)

Curent Superiores ut sodales a se designati, praesertim in eparchia in qua degunt, cum a locorum Hierarchis vel parochis eorum ministerium requiritur ad consulendum populi necessitatibus, tum intra tum extra proprias ecclesias, illud, salva religiosa disciplina, libenter praestent.

Can. 125 (PA 155, 179-181)

§ 1. Si ecclesia, apud quam residet communitas Ordinis vel Congregationis, sit simul paroecialis, particularis scripta conventio ad normam can. NN (de parochis), statuere debet quaenam sint iura Communitatis in ipsam ecclesiam et quaenam parochi.

§ 2. Sodalis Ordinis vel Congregationis qui paroeciam regit manet ad strictus observatione votorum et statutorum quatenus haec observatio potest cum sui officii obligationibus consistere; in iis quae ad religiosam disciplinam attinent subest Superiori, in iis vero quae ad officium parochi spectant iisdem iuribus gaudet et obligationibus adstringitur ac ceteri parochi ac eodem modo Hierarchae loci subest.

Can. 126 (PA 163 e 168)

In Ordinibus, sodales omnes et novitii, cum eorum domibus et ecclesiis; in territorio Ecclesiae patriarchalis idem Patriarchae immediate subiciuntur, nisi agatur de Ordine qui exemptione pontificia fruatur; extra territoria Ecclesiae patriarchalis idem subiciuntur immediate Sedi Apostolicae.

Can. 127 (PA 171-173)

Sodales Ordinum atque Congregationum stipem petere possunt dummodo Hierarcha cui Ordo vel Congregatio subicitur licentiam dederit atque accedat consensus scripto datus Hierarchae loci in quo eleemosynas colligere cupiunt.

Can. 128 (PA 164 § 1)

Privilegium stauropegiis de quo in CS can. 263 (come rivisto) nequit concedi domui Ordinis vel Congregationis.

CAPUT VI

DE TRANSITU AD ALIUM ORDINEM VEL CONGREGATIONEM AUT AD MONASTERIUM SUI IURIS

Can. 129 (PA 182-186)

§ 1. Sodalis nequit a proprio Ordine vel Congregatione ad alium Ordinem vel Congregationem aut ad Monasterium sui iuris transire nisi consente Superiore generali proprii Ordinis vel Congregationis et Superiore generali Ordinis vel Congregationis ad quem transire vult aut, si de transitu ad Monasteria agatur, Superiore Monasterii sui iuris; ad hunc consensum praestandum Superiores indigent suffragio deliberativo sui Consilii.

§ 2. Transiens novitiatum ex toto peragere debet nisi Superior generalis vel Superior Monasterii sui iuris, unusquisque de consensu sui Consilii, tempus novitiatus ob specialia adiuncta reducat, sed non infra sex menses; novitiatu durante, manentibus votis, iura et obligationes particulares quas sodalis in priore Ordine vel Congregatione habuit suspensa manent, et ipse obligatione tenetur Superioribus novi Ordinis vel Congregationis et novitiorum Magistro parendi etiam ratione voti oboedientiae.

§ 3. Qui momento transitus definitive professus fuit, post peractum novitiatum publice professionem suam confirmet iuxta formulam Ordinis vel Congregationis et Monasterii ad quod transiit; qui vero definitive professus non fuit eodem modo temporaneam professionem renovet saltem per triennium duraturam, excepto casu quando totum triennium novitiatus in Monasterio sui iuris ad quod transiit peregerit.

§ 4. Si in Ordine, Congregatione vel Monasterio ad quod transiit professionem sodalis non confirmat, ad pristinum Ordinem vel Congregationem redire debet, nisi interim tempus professionis expiraverit.

§ 5. Ad validitatem transitus ad Ordinem vel Congregationem vel Monasterium alterius ritus requiritur licentia Sedis Apostolicae.

CAPUT VII

DE EGRESSU EX ORDINE VEL CONGREGATIONE.

Can. 130 (PA 111 e 187)

§ 1. Professus votorum temporariorum expleto votorum tempore, libere potest Ordinem vel Congregationem deserere.

§ 2. Qui, perdurantibus votis temporariis, gravi de causa, Ordinem vel Congregationem derelinquere petit, a Superiori generali de consensu sui Consilii, consequi potest indultum definitive ab Ordine vel Congregatione descendit.

Can. 131 (PA 190)

§ 1. Sodalis definitive professus indultum descendendi ab Ordine vel Congregatione ne petat nisi ob gravissimas causas; petitionem suam deferat Superiori generali qui eam una cum voto sui Consilii ad Hierarcham de quo in § 2 transmittat.

§ 2. Nisi peculiaris facultas Superiori generali a Sede Apostolica, vel in Ordinibus aut Congregationibus patriarchalibus et eparchialibus a Patriarca de consensu Synodi permanentis concessa fuerit, dispensatio a votis reservatur Hierarchae cui Ordo vel Congregatio immediate subiciuntur.

§ 3. Indultum discedendi, a die concessionis gratiae secumfert ipso iure solutionem a votis necnon ab omnibus obligationibus ex professione ortis, firmis canonibus 79 et 80.

Can. 132 (PA 195-196)

Sodalis qui a potestate Superiorum sese subducit, sollicite ab eisdem Superioribus quaeratur; quod si intra tempus a statutis praescriptum non redierit puniatur etiam expulsione ad normam c. 84 de dimissione.

CAPUT VIII

DE DIMISSIONE AB ORDINE VEL CONGREGATIONE

Can. 133 (PA 187)

Professus votorum temporariorum expleto votorum tempore, a Superiori Maiori de consensu sui Consilii dimitti potest, si adsint iustae ac rationabiles causae, non tamen ratione infirmitatis nisi certo probetur eam ante professionem dolose fuisse silentio praeteritam aut dissimulatam.

Can. 134 (PA 199-201)

§ 1. Sodalis temporarie professus dimitti potest a Superiore generali de consensu sui Consilii, nisi in Statutis dimissio reservetur Hierarchae loci vel Patriarchae.

§ 2. Ad dimissionem decernendam, praeter alias conditiones a statutis praescriptas, servari debent quae sequuntur:

1) Causae dimissionis, sive ex parte Ordinis vel Congregationis sive ex parte sodalis debent esse graves.

2) Defectus spiritus religiosi qui aliis scandalo sit, est sufficiens dimissionis causa, si repetita monitio una cum salutari poenitentia incassum cesserit; non vero infirmitas, nisi certo constet eam ante professionem dolose fuisse silentio praeteritam aut dissimulatam;

3) Superiori dimittenti causae dimissionis certo innotescere debent, et si necesse haud sit ut eaedem formaliter comprobentur; at sodali semper manifestari debent, data ei plena respondendi facultate; eiusque responsiones Superiori dimittenti fideliter subiiciantur.

§ 3. Recursus contra dimissionis decretum effectum habet suspensivum.

Can. 135 (PA 202-219)

Dimissionem definitive professorum in Ordinibus et Congregationibus quod spectat observandi sunt canones 83-86 de monachis; decretum dimissionis fert Supremus Moderator cum consensu sui Consilii ad normam can. 84 § 1; antequam decretum exsequatur indiget adprobatione Hierarchae cui Ordo vel Congregatio immediate subiciuntur.

TITULUS IV

**DE SOCIETATIBUS VITAE COMMUNIS AD INSTAR RELIGIOSORUM,
SINE VOTIS PUBLICIS, VIVENTIUM**

Can. 136 (PA 224)

§ 1. Communitas sive vivorum, sive mulierum, in qua sodales vivendi rationem status religiosi imitantur sub regimine Superiorum secundum probata statuta, sed tribus votis publicis non obstringuntur, est Societas vitae communis ad instar Religiosorum, sed eius sodales nomine religiosorum non veniunt.

§ 2. Huiusmodi Societates sunt *clericales* vel *laicales* ad normam can. 87 § 3, patriarchales vel eparchiales vel pontificia exemptione gaudentes ad normam can. 4, et dependent ab Ecclesiastica auctoritate ut Congregationes ad normam can. 7, 9, 10.

Can. 137 (PA 225)

Circa erectionem et suppressionem Societatis eiusque provinciarum vel domorum, eadem valent quae de Congregationibus religiosis constituta sunt.

Can. 138 (PA 226)

Regimen determinatur in uniuscuiusque Societatis statutis sed in omnibus applicentur, nisi rei natura obstet, praescripta can. 88-99 de Congregationibus.

Can. 139 (PA 227)

§ 1. Societas eiusque provinciae et domus capaces sunt acquirendi et possidendi bona temporalia.

§ 2. Administratio bonorum regitur praescripto can. 15 et 100.

§ 3. Quidquid sodalibus obvenit intuitu Societatis, Societati acquiritur; cetera bona sodales secundum statuta retinent, acquirunt ac administrant.

Can. 140 (PA 228)

§ 1. In admittendis candidatis serventur statuta, salvo praescripto can. 39.

§ 2. Quod attinet ad institutionem sodalium clericorum eadem normae sequendae sunt ac pro clericis eparchialibus.

§ 3. Quod attinet ad ordinationem sodalium, Superiores maiores ad normam statutorum dare possunt litteras dimissorias ad ordines maiores post definitivam cooptationem, si hanc societas habeat; elapso sexennio a prima cooptatione, si eam non habeat, firmo can. 120 § 2.

Can. 140 (PA 229, 230)

Sodales Societatis gaudent iuribus et tenentur obligationibus communibus clericorum nisi natura rei vel ex textu contextuque legis aliud constet, firmis obligationibus ac iuribus in statutis determinatis.

Can. 142 (PA 231)

§ 1. Praeter propria uniuscuiusque Societatis Statuta circa transitum ad aliam Societatem, vel ad Monasterium, Ordinem vel Congregationem requiritur consensus Superioris generalis Societatis a qua transitus fit.

§ 2. Sodalis qui transit ad Monasterium, Ordinem vel Congregationem, integrum novitiatum peragere debet et in omnibus ceteris novitiis Monasterii, Ordinis vel Congregationis aequiparatur.

§ 3. Firmo can. 83, sodalis definitive cooptatus dimittitur ad normam can. 135, sodalis vero non definitive cooptatus ad normam can. 134.

TITULUS V
DE INSTITUTIS SAECULARIBUS

Can. 143 (novus)

Instituta saecularia sunt Societates sive laicorum sive clericorum in quibus sodales:

- 1) ad totalem suiipsius Deo dedicationem per professionem trium consiliorum evangelicorum, aliquo sacro vinculo ab Ecclesia recognito firmatam, tendunt;
- 2) actuositatem apostolicam ad instar fermenti in saeculo et ex saeculo exercent ita ut omnia ad robur et incrementum Corporis Christi spiritu evangelico imbuantur;
- 3) vivendi rationem status religiosi non imitantur, sed vitam communionis inter se atque oboedientiae iuxta propria statuta agunt;
- 4) clerici vel laici, ad omnes effectus iuridicos quod attinet, unusquisque in proprio statu manet.

Can. 149 (novus)

§ 1. Circa erectionem, suppressionem Institutorum Saecularium, eorumque Statuta necnon dependentiam ab Ecclesiastica Auctoritate serventur canones 2, 4, 5, 6, 8, 10 sectionis de Christifidelium consociationibus⁷.

§ 2. Item servandus est can. 9 eiusdem sectionis quod spectat bona temporalia horum Institutorum acquirenda, possidenda ac administranda, in alienationibus bonorum vero servandus est can. NN *De alienatione bonorum*⁸.

Can. 145 (novus)

Sodalis definitive Instituto saeculari cooptatus dimittitur decreto ad normam statutorum dato, quod executioni mandari nequit nisi fuerit a Hierarcha loci vel ab Superiore auctoritate ecclesiastica probatum; eiusdem Hierarchae est, quatenus opus sit, a sacro ligamine ab Ecclesia probato, dispensare.

A questo punto potremmo porre fine alla nostra relazione riguardante l'operato della riunione del *Coetus de Monachis ceterisque Religiosis*, del 13 febbraio 1979. Tuttavia, per completezza di informazione giova riferire anche su alcune modifiche apportate allo *schema* dal *Coetus Centralis* che si è riunito dal 26 marzo al 4 aprile, e a cui sono stati sottoposti alcuni punti riguardanti lo schema «*De monachis ceterisque Religiosis*», anche se lo scopo principale della riunione era l'esame dettagliato dello schema «*De Cultu divino et praesertim de sacramentis*» elaborato da due altri Coetus di consultori (quello «*De Matrimonio*» e quello «*De Sacramentis*»).

⁷ Per questi canoni si veda *Nuntia 5*, pag. 45-47.

⁸ Si tratta del PA can. 281 come rivisto dal *Coetus VI*.

Nel *Coetus Centralis* innanzitutto si è dibattuta la questione del titolo generale dato allo schema, in linea tuttavia del tutto provvisoria, dal *Coetus de Monachis ceterisque Religiosis*. Trovandovi in evidente difficoltà e volendo comprendere con un unico titolo generale le cinque parti dello schema, il *coetus de monachis ceterisque religiosis* aveva scelto il seguente titolo: *De Monachis, Religiosis ceterisque Institutis vitae iuxta consilia evangelica peragendae*. Senonché, come è stato rilevato nel *Coetus Centralis*, in questo titolo i monaci vengono *adæquate* distinti dai Religiosi, il che contraddice al «titulus I» e al 1º cañone dello schema. Dopo un'attenta discussione a questo riguardo sono emerse diverse proposte per il titolo. Inoltre si è manifestata in seno al *Coetus* un'importante concordanza sul fatto che non si vede la ragione specifica perché il termine «*vita consecrata*», così tradizionale e avente un chiaro significato giuridico, non debba essere incluso nel titolo generale. Pertanto si è ritenuto opportuno cambiare il titolo, che figura all'inizio di questa relazione, con il seguente *De Monachis ceterisque Religiosis necnon de saceribus ceterorum Institutorum vitae consecratae*.

Riguardo al can. 6 del Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris» circa la precedenza da osservarsi tra i laici, religiosi e chierici, e che era stato rinviato «ad uno studio ulteriore» (cfr. *Nuntia* 4, pag. 6 nota), il *Coetus Centralis* desidera che venga omesso dal CICO con la seguente specifica: «se necessario si richiameranno i religiosi con opportuni istruzioni, decreti etc.». Il *Coetus* spera evidentemente che i Religiosi sapranno in ogni occasione trovare il posto veramente corrispondente alla professione dei consigli evangelici, tra i quali quello «*cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco*» (Lc. 14,10).

Dopo alcuni emendamenti redazionali (can. 26 § 2 si scrive «Ecclesiae patriarchali» al posto di «patriarchatu»; nel can. 30 § 2 si aggiunge «executivam» dopo la parola «regiminis») oppure di maggior precisione (nel can. 53 n. 3 si aggiunge «necnon receptio professionis a Superiore monasteri sui iuris»; nel can. 94 si aggiunge «vel exemptione pontificia gaudentia» dopo la parola «patriarchalibus»; nel can. 109 in fine si aggiunge «firmo can. 113 §§ 4 et 5»; nel can. 117 si aggiunge in fine «firmo can. 114» e un § 3 del seguente tenore «circa documenta emissae professionis servandus est can. 59»; nel can. 120 § 1 si omettono le parole «vel elapso triennio a prima professione»; si riformulano i canoni 85 e 86 nel seguente modo:

Can. 85

Decretum dimissionis quamprimum monacho cuius interest communicitur data eidem facultate, intra decem dies, sive recurrenti cum effectu suspensivo ad Patriarcham vel ad Sedem Apostolicam, sive postulandi, nisi decretum dimissionis a Sede Apostolica confirmatum est, ut causa apud tribunal Hierarchae immediate superioris ei qui decretum dimissionis confirmavit judiciali modo pertractetur: hoc in casu Hierarcha acta ad normam can. 84 collecta tradat promotori iustitiae et procedatur ad normam canonum 529-575 SN *de processu criminali*, ulteriore appellatione remota.

Can. 86

§ 1. Legitima dimissione ipso facto cessant omnia vincula necnon obligations ex professione monastica promanantia.

§ 2. Si dimissus ordine sacro est auctus servandus est can. 80.

§ 3. Monasterium ex caritate providere debet ut, per aliquod tempus, mutuo consensu vel, in casu dissensus, ab Hierarcha cui monasterium immediate subicitur determinandum, monachus dimissus honeste vivere possit.

Come si vede dal testo del can. 85 il Coetus Centralis ha ritenuto conveniente che nelle dimissioni dei monaci e religiosi con voti definitivi bisogna essere del tutto sicuri che i diritti umani fondamentali siano salvaguardati. È noto che riguardo a questo canone, formulato per la massima parte in altra sede, si è fatta l'obiezione che esso non protegge adeguatamente i diritti dell'individuo che è in pericolo di essere dimesso. Benché il Coetus de Monachis abbia già provveduto al riguardo con il § 4 del can. 84 che richiede una conferma del decreto di dimissione dell'autorità esterna superiore a quella che ha emesso il decreto («decretum dimissionis executioni mandari nequit nisi fuerit a Hierarcha cui monasterium immediate subicitur probatum») e con un canone sul *recursus in suspensivo* (cfr. *Nuntia* 6 p. 55 c. 1 § 2) il Coetus Centralis, per non lasciar alcun dubbio riguardo alla totale salvaguardia dei diritti ha accolto la proposta di coloro che desideravano «che la legge stabilisca esplicitamente il diritto dell'individuo di richiedere nel caso un processo strettamente giudiziale».

Deciso questo, la nuova formulazione del canone è stata proposta e discussa in una sessione successiva del Coetus Centralis. Il canone è concepito così da dare la possibilità al dimesso di richiedere che nella seconda istanza il processo non sia più amministrativo ma giudiziale, tuttavia in modo che quanto fatto previamente sostituisca la cosiddetta «*inquisitio praevia*» nei processi criminali.

Il tribunale presso cui la causa sarà giudicata non sarà quello dei religiosi, ma quello del «Hierarcha immediate superior ei qui decretum dimissionis confirmavit». Questo è richiesto anche, data la voluta equiparazione tra gli istituti clericali o meno, dalla incapacità dei Superiori non clerici di avere una *potestas stricto sensu iudicialis*.

Nel can. 86 si ritiene come § 3 il testo del *Coetus de Monachis*, mentre il Coetus Centralis aggiunge i §§ 1 e 2 che sono ovviamente necessari come una revisione dei canoni 220-223 del Motu proprio «Postquam Apostolicis Lit-teris».

Rev. GIORGIO ORIOLI, *Consultor*

CLERICAL FORMATION AND SEMINARIES

Seeing that the effective renewal of the Church would in large measure depend upon the proper training of priests, the Second Vatican Council has attached great importance to it and has given certain guidelines and general norms for the priestly formation of «utriusque cleri et cuiusvis ritus» (*Optatam totius*, introd.). These conciliar norms have dictated the shape and structure of the following canons, which have drawn inspiration also from the *Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis* of the Sacred Congregation for Catholic Education (AAS 62, 1970, pp. 321-84), a document that amplifies the conciliar decree with a view to helping Episcopal Conferences to draw up national *Ratios* suited to their own particular situations. Obviously Episcopal Synods of Oriental Churches, too, could find like help in the same document (though it is not *per se* binding on them) in drawing up a like *Ratio*, of which canon 4 below will speak.

In its session 5-17 December 1977, the study group called *Coetus de Clericis et de Magisterio Ecclesiastico* (hereafter Group IV) formulated the following 36 canons, after having previously examined the «initial text» of 27 canons on *De Seminariis* prepared by the previous commission in 1948 (cf. *Nuntia* 3, pp. 79-84). Group IV decided to revise these canons rather globally, and the order of the new canons follows more or less that of the conciliar decree *Optatam totius* (cited hereafter OT), an order adhered to also in the *Ratio fundamentalis* (cited hereafter RF).

To start with, three preliminary questions were looked into: 1) whether to retain or change the title «*De seminariis*»; 2) the choice of a more suitable title; 3) whether to transfer these canons from *De Magisterio Ecclesiastico* to *De clericis*. Though these questions were posed in the beginning, the decisions were taken only at the end of the work on the canons. Surely, the preparation of suitable personnel for ministry in the Church cannot be confined entirely to seminaries (cf. cc. 1 and 2), and so a more appropriate title was sought. Four different variants were examined: *de institutione clericorum*, *de formatione clericorum*, *de institutione ministeriali*, *de formatione ministeriali*. The last two variants not only expressed awareness of the terminology in vogue today in ecumenical circles but also were concerned with not prejudicing the formation of non-clerical ministers in seminaries (cf. c. 5). Without excluding this concern, Group IV has provisionally adopted the first variant, *de institutione clericorum*. Finally, the Group unanimously decided to transfer these new canons to the first section of *De clericis*, though the Group has yet to consider whether this title itself should perhaps be reworded as «*De*

ministris sacris seu de clericis», as has done the new schema for the Codex Iuris Canonici (cf. *Communicationes*, 9, 1977, p. 74).

The present schema proposes 36 canons, an appreciable increase on the «initial text's» 27 canons and CIC's 20. With this increase some might feel the need for subdivisions for easy reference; if so, the following could be proposed. 1) Normae praeliminaires (cc. 1-4); 2) De seminariis erigendis et regendis (cc. 5-15, 35, 36); 3) De formatione ad ministeria (cc. 16-34). Some further incidental changes in the order and wording of the canons will be considered as the Group examines the schema once again in its next session to be held 26 November-7 December 1979.

1. PRELIMINARY NORMS (cc. 1-4)

Can. 1

Officium et jus quod Ecclesiae est proprium eos qui sese ad ministeria ecclesiastica praeparare cupiunt instituendi singulariter et impensius exercetur seminariis constituendis et administrandis.

The first canon views the seminary as a unique (singulariter) though not exclusive means for the training of the Church's personnel for the sacred ministry. «Impensius» evokes the focussing of various forces in the seminary in a coordinated and institutional manner, and so far forth the canon contains an implicit justification of the seminary system. A motion to retain the jus «exclusivum» of the first canon of the initial text (cf. CIC c. 1352) obtained 3-3-1 votes (that is, 3 placet, 3 non placet, 1 abstention). The Group has of set purpose affirmed first the «officium» and then the «jus», not directly but obliquely, to which the establishment and administration of seminaries gives substance.

Can. 2

§ 1. Opus fovendarum vocationum ministerialium commune est omnium christifidelium communitati, quae pro sua corresponsabilitate sollicita sit oportet de necessitatibus ministerii universae quoque Ecclesiae:

1° Current parentes aliique vitae christianaee primi educatores et magistri ut familiae et scholae ita spiritu evangelico animentur ut pueri et juvenes Domino per Spiritum Sanctum vocanti et appellanti libere auscultare atque libenter respondere valeant.

2° Clerici, imprimis parochi, memores can. NN studeant vocationes ministeriales sive in adolescentibus sive in aliis etiam provectionis aetatis rite dignoscere atque pie fovere.

3° Episcoporum praecipue est in vocationibus provehendis gregem suum excitare incepitque coordinare necnon, uti opus est, conjunctis viribus cum aliis Hierarchis totius populi Dei actuosae conspirationi providere.

§ 2. In jure particulari provideatur ut centra ad vocationes ministeriales provehendas sive regionales sive, inquantum fieri potest, eparchiales, in omnibus Ecclesiis

condantur, quae centra aperta sint oportet ad universalis Ecclesiae necessitates, praecipue missionales.

The role of the Christian community as a whole is underlined before specifying the various roles in the nurturing of vocations to ministry in the Church. The Group, divided 4 against 3, oscillated between «vocationes ministeriales» and «vocationes ad ministeria ecclesiastica» in looking for a satisfactory terminology. In particular, § 1, 2° refers to the duty of clerics to promote priestly vocations (cf. *Nuntia* 3, p. 66, c. 15 and *Nuntia* 7, p. 14, c. 14): they are asked not indeed to «plant» vocations but, specifically, to «discern» them and to foster them, especially through spiritual direction (cf. *Presbyterorum ordinis*, n. 11; OT 2, 3; RF 7).

Vocation centres may be erected on an eparchial or a regional basis, according to Particular Law, but should have a universal outlook, especially a missionary concern (cf. PO 10, *Christus Dominus* 15).

Can. 3

Superiori cujusque Ecclesiae Particularis auctoritati competit, firmo iure communi, normas de institutione clericali pro sua competentia edere ad normam canonicum qui sequuntur, moderante in Ecclesia Universali, Prima Sede; itemque, firmo etiam iure Ecclesiae Particularis, in sua eparchia Hierarchae loci, et in Institutis monasticis et religiosis necnon in aliis Societatibus quibus clerci adscribuntur eorum Moderatoribus Supremis ad normam juris.

Applying the principle of subsidiarity, this canon ascribes to the respective authorities of Particular Churches (in the sense of *Orientalium Ecclesiarum*), of eparchies, of monastic and other religious institutes, and of like societies of clerics the competence to regulate the training of their clerics. Perhaps after «firmo iure communi» it is pleonastic to add «ad normam canonicum qui sequuntur»; the Group will examine similar details in its next session.

Can. 4

§ 1. Cura Superioris cujusque Ecclesiae Particularis Auctoritatis edita *Ratione Institutionis Clericorum Particulari* regantur Seminaria intra fines territorii ejusdem Ecclesiae; extra vero secundum rerum conditiones Hierarchae loci confiant id generis Rationem aut propriam aut communem cum aliis eiusdem regionis eparchiis etiam diversi ritus, firmo can. NN (*De patriarchis*), § 3.

§ 2. Ubi visum fuerit confiant Ecclesiae Particulares, consulto quin indeoles proprii ritus detrimentum capiant, conjunctis viribus cum aliis Ecclesiis Particularibus unam tantum pro regione vel natione communem Rationem.

§ 3. Ratio de qua in § 1 in canonibus hujus Codicis vocatur Ratio Particularis.

The competence recognized in the previous canon is exercised first of all in drawing up a *Particular Ratio* (cf. RF, notae praelim. 1). The juridical force of this Ratio will be governed by the norm for territorial or extra ter-

ritorial authority, determined elsewhere; the Coetus de S. Hierarchia has proposed the following provisional norm, to which § 1 refers: «leges disciplinaires necnon ceterae Synodi (Episcoporum) decisiones extra territoria Ecclesiae Patriarchalis vigent postquam a Sede Apostolica adprobatae fuerint, firmo jure Hierarcharum Orientalium legibus vel decisionibus synodalibus, quae eorum competentiam non excedunt, in propriis eparchiis vim iuris dandi» (*Nuntia* 6, p. 33). Having regard for unity in diversity, § 2 aims at preventing undue fragmentation and waste of ecclesiastical resources in drawing up a Ratio.

The original draft proposed by the Relator for this canon contained two further paragraphs: first, «Ratio de qua in §§ 1 et 2 approbatione Primae Sedis indiget ut vim habeat»; secondly, «Seminaria pontificia ubicumque constituta propriis a Prima Sede approbatis normis reguntur», reproducing canon 5 of the initial text (cf. *Nuntia* 3, p. 80). The former paragraph was eliminated in the Group, which added the reference to the canon on the Hierarchy cited above. And the latter paragraph was similarly dropped, though for a minority, a new reading of the text was possible in the light of the conciliar wish for the erection of international seminaries to bring about greater mobility of personnel «for the general good of the whole Church» (cf. *Presb. Ord.*, 10).

2. THE ERECTION AND GOVERNMENT OF SEMINARIES (cc. 5-15, 35, 36)

As a sort of guide to this whole section, an introductory canon (c. 5) outlines the specific scope of minor and major seminaries.

Can. 5

§ 1. In Seminario minore instituuntur sive ii qui vocationis clericalis indicia exhibere videntur quo facilius et clarius eam sibi dignoscere deditoque animo excolere valeant, sive ad normam juris particularis etiam alii qui, etsi se ad statum clericalem vocatos non aestimant, ad minus ad quadam officia ecclesiastica implenda rite formari possunt; alia instituta iisdem finibus ex constituto inservientia, etsi nomine differant, Seminario minori aequiparantur.

§ 2. In Seminario majore plenius excolitur, probatur atque confirmatur vocationis eorum qui certis signis idonei jam aestimantur ad ministeria ecclesiastica stabiliter suscipienda.

Sources: OT 3, 4; RF 11, 20. The minor seminary serves to detect with certainty a true vocation or eliminate a false one; the major seminary tests and strengthens vocations to ministry. While for admission to the major seminary some certainty of a vocation to ecclesiastical ministry is required, for admission to the minor seminary only some indicia are needed; and, according to Particular Law, even non-clerical candidates for certain ecclesiastical offices could be admitted in the seminary.

Can. 6

§ 1. Seminarium minus erigatur in unaquaque eparchia, si id postulat bonum Ecclesiae et vires opesque sinunt.

§ 2. Constituendum est Seminarium majus quod inserviat aut uni amplissimae eparchiae aut potius, si non toti Ecclesiae Particulari saltem, conventionibus initis, pluribus eparchiis ejusdem ritus, immo et diversi ritus ejusdem regionis vel nationis, ita tum congruo alumnorum numero tum ea qua par est moderatorum ac magistrorum probe paratorum copia, necnon subsidiis sufficientibus optimisque viribus conjunctis, institutioni provideatur cui nihil desideretur.

While a minor seminary for each diocese is optional, the major seminary either for each diocese or in conjunction with others is obligatory. This latter course is counselled, unless the resources of a diocese can assure optimum quality. The same concern for quality could also dictate the erection of inter-ritual seminaries.

Can. 7

Quamquam optandum est ut unico ritui unumquodque seminarium, praecipue minus, reservetur, ob peculiares circumstantias in eodem Seminario, praesertim maiori, candidati aliorum rituum admitti possunt.

A seminary that is constitutionally monoritual (that is reserved to one rite) may in special circumstances open its door to candidates representing other rites. In that case, however, their formation in their own rite should be assured, according to canon 21. The Group discussed the pros and cons of monoritual and pluritual seminary formation; no option was felt to be entirely free of disadvantages or difficulties. The canon adopts a pragmatic stand in view of the overriding concern for eparchies that are not self-sufficient.

Can. 8

§ 1. Seminarium eparchiale canonice erigitur ab episcopo eparchiali; Seminarium pro pluribus eparchiis vel etiam commune cum institutis religiosis ab Hierarchis quorum interest; Seminarium patriarchale, si sit pro tota Ecclesia Particulari, a Patriarcha de consensu Synodi Episcoporum, secus de consensu Synodi permanentis.

§ 2. Postquam conditum est Seminarium commune partes convenientes aliud Seminarium valide condere non possunt sine unanimi consensu vel sine consensu eorum immediati Hierarchae.

What is dealt with here is the canonical erection of seminaries, by whom and how. A common seminary is erected «conventionibus initis» (c. 6 § 2). If an eparchy that is party to such a convention having later become self-sufficient, wants now to start its own seminary, it may do so observing § 2. If the unanimous consent of the other partners is not had, recourse may be had to the immediate higher Superior.

Can. 9

§ 1. Seminarium canonice conditum ipso jure personalitate juridica gaudet in Ecclesia.

§ 2. Nisi jus particulare vel Statuta Seminarii aliud statuant, Seminarii eparchialis personam gerit ipse Episcopus, Seminarii patriarchalis Patriarcha; Seminarii communis vero Praeses coetus Hierarcharum quorum interest vel ab iisdem deputatae commissionis.

§ 3. Itemque, sub eorum de quibus in § 2 auctoritate, Seminarii Rector ejusdem personam gerit, vel qui ab iisdem ad hoc deputatur.

As to who should represent the Seminary before public authority, whether civil or ecclesiastic, the Group was divided 4 against 3, the minority wishing to substitute §§ 2 and 3 with the following single paragraph: *Nisi jus particulare vel Statuta Seminarii aliud statuant Rector personam gerit Seminarii. If this alternative is adopted, § 2 will have to be transferred in substance to can. 10 § 1.*

Can. 10

§ 1. Hierarcharum qui ad normam can. 9 § 2 Seminarii personam gerunt est ejusdem regimini et profectui providere eique advigilare sive per se sive per alium vel etiam per deputatum coetum.

§ 2. Seminarium sive patriarchale sive commune de quo in can. 8 § 1 a regime Hierarchae loci sit exemptum et Hierarchae de quo in § 1 immediate subjicitur nisi contrarium expresse conventum sit.

§ 3. Exemptum a regime paroeciali Seminarium esto; et pro omnibus qui in Seminario sunt parochi officium, excepta materia matrimoniali et firmo praescripto can. NN (*De Sacramentis*) § 3obeat Seminarii Rector ejusve delegatus.

This canon safeguards the autonomy of the seminary vis-a-vis the parish (§ 3), and even of the local Hierarch in the case of a patriarchal or a common seminary (§ 2), and determines who is responsible for its regimen either directly or through an intermediary, which can be a «coetus deputatus», that is, a Board of Trustees (§ 1). The reference in § 3 is to the following norm: «Alicujus instituti educationis praepositi Sacramentum paenitentiae suis alumnis ordinarie ne administrent» (*Nuntia 6*, p. 63, can. 11 § 3).

Can. 11

§ 1. Quodlibet Seminarium propria Statuta habeat, in quibus definiantur imprimis scopus peculiaris Seminarii necnon competentia auctoritatum et statuantur moderatorum, officialium et magistrorum seu professorum necnon consiliorum modus nominationis vel electionis, duratio in officio, obligationes et jura atque justa retributio, firmo jure communi.

§ 2. Statuta Seminarii approbatione indigent Hierarcharum de quibus in can. 8 § 1, quibus solis competit, si casus fert, ea mutare.

The Statutes should assure that the regimen of the seminary moves within certain fixed limits and follows a pattern known to and accepted by

those who founded the seminary in the first place and also by those who run it or wish to enter it. The canon does not list all the items to be included in the Statutes but only a few important ones (cf. *imprimis*). Evidently, common or inter-ritual seminaries will need to spell out in their Statutes the eparchies or rites that are the protagonists or beneficiaries, the competence of the episcopal commission or Board of Trustees, the conditions of frequenting the lectures in the seminary by guest students or lay organizations, provision for the permanent formation of the clergy, and so on. In a word, the Statutes should contain all that by virtue of its foundation the seminary, whether common to several eparchies or not, proposes to offer, given its particular identity. Some further specifications are given for the regimen of the seminary in the following canons.

Can. 12

§ 1. Rectoris est, ad normam Statutorum generale seminarii moderamen curare, eorundem Statutorum Directoriique seminarii ab omnibus observationi instare, opera aliorum moderatorum et officialium coordinare, totiusque seminarii unitatem ac collaborationem fovere.

§ 2. Vice-Rector, si adsit, habeat eam in Statutis definitam competentiam.

§ 3. Adsit quoque saltem unus Pater spiritualis, praeter quem quemlibet alium sacerdotem, a Rectore ad id approbatum, alumni libere petere valeant, firmo can. 23.

§ 4. Insuper adsint oportet Praefectus Studiorum et Moderator seu Praefectus exercitationum pastoralium.

§ 5. Inter officiales maiores sint Praefectus Disciplinae seu vitae in commune seminarii ordinandae, Oeconomus, Bibliothecarius, Secretarius.

This canon takes as a sort of type a full-fledged, major seminary, and limits itself to the consideration of its moderators and major officials. For seminaries of lesser pretensions, sec. c. 14.

Can. 13

§ 1. Cuilibet Seminario sat copioso praesto sint Consilia seu coetus deputatorum:

1° Consilium Seminarii, includens Rectorem et alios quos ii de quibus in can. 9 § 2 consulere possunt, et in re majoris momenti ad normam Statutorum debent;

2° Consilium Rectoris, includens aliquos alios moderatores necnon eos ex corpore docente vel etiam, ad normam Statutorum, ex alumnis electos vel nominatos, Rectori consilium praestaturos;

3) Consilium seu coetus deputatus de re oeconomica, includens Oeconomum et alios sive clericos sive laicos in re oeconomica peritos.

§ 2. Alia Consilia, sicut Consilium pro Disciplina, in Statutis provideri possunt, ubi visum erit.

Again, a canon offers some norms for statutory « collegial » regimen of the kind of seminary envisaged in the previous canon. It will be up to the Statutes to define whether these bodies should be merely consultative in

character or deliberative, whether they should include also persons from outside the seminary (eg. in the Seminary Council, or in the Financial Council).

Can. 14

In Seminario modestioris conditionis cum paucioribus alumnis, officia et consilia cumulari vel ad pauciora redigi poterunt, numquam autem praetermissis officiis Rectoris et Patris spiritualis pro quibus habeantur distincti moderatores.

No seminary, however small or modest, may be run without at least two distinct moderators for a minimum: the Rector and the Spiritual Father.

Can. 15

Seminarium habeat proprium *Directorium* ab Hierarchis de quibus in can. 9 § 2 approbatum, quo normae *Rationis Particularis* adjunctis peculiaribus accommodatae, in effectum ducantur necnon pressius stabiliantur ea praesertim officiorum ac potiora disciplinae capita quae ad normam Statutorum institutionem alumnorum ac vitam cotidianam totiusque seminarii ordinem spectant.

A Directory or bylaws (*Réglement*) will specify among others: 1) formative norms; 2) curriculum of studies; 3) field work; 4) disciplinary regulations; 5) postseminary continued formation. As distinct from the Statutes, the Directory is rather of a private character, internal to the seminary and suited to its day-to-day life and activity, and hence also more susceptible to modification (cf. RF 25). Moving well within the bounds of the Statutes, which are like the Constitution of a modern democratic state, the Directory can admit of constant updating, effected by the moderators (with their consilia) and subject to the approval of the Hierarchs mentioned in canon 9 § 2.

By way of conclusion to this second section of the schema on the erection and regimen of seminaries, cc. 35 and 36 may be drawn in here: the first deals with the question of financing the seminary, the second with cooperation with other seminaries.

3. FORMATION FOR THE MINISTRIES (cc. 16-34)

To impart seminary formation it is not enough to have moderators and officials named in the previous section, at least if teaching is also conducted in the seminary. Of course where the seminarists frequent lectures in an outside Faculty or University, there may not be need for intern teachers or professors.

Can. 16

§ 1. In Seminario si cursus tradendarum disciplinarum instituuntur, adsit congruus numerus magistrorum seu professorum, in sua quisque disciplina vere perito-

rum, in Seminario majori quidem congruis gradibus academicis ornatorum.

§ 2. Praeparatione propria constanter ad diem perducta, conferant iidem et inter se et cum Seminarii moderatoribus concorditer cooperantes ad integrum futurorum pastorum institutionem, inter varietates disciplinarum unitati fidei ac formationi intenti.

Though teachers or professors are not *per se moderatores*, they are in the full sense of the term *formatores*; and so should cooperate with the *moderatores* to ensure a coherent formation. (cf. RF 32-34, 36, 38, 90). As to their nomination, obligations and rights and remuneration, see c. 11.

Can. 17

§ 1. Ii tantum in Seminarium admittantur candidati qui probantur ex documentis ad normam Statutorum requisitis habiles esse.

§ 2. Nemo recipiatur candidatus clericalis nisi certo constat de susceptis sacramentis Baptismi et Chrismatis.

§ 3. Qui prius in alio Seminario vel in aliquo Instituto religioso degerint ne admittantur nisi insuper obtento testimonio Superiorum de causa dimissionis vel discessus.

The canon leaves it to the Statutes to determine the requisites for admission of students to the seminary, except for §§ 2 and 3, which too have been simplified with respect to the initial text (cf. *Nuntia 3*, p. 82, c. 18). The Statutes themselves could find further clues in OT 6 and RF 38-41.

Can. 18

§ 1. In Seminario minore degentes alumni adolescentes et juvenes congruentem servent consuetudinem cum propriis familiis et aetate aequalibus, qua indigent ad sanam evolutionem psychologicam, praesertim affectivam; sedulo autem vitentur omnia quae secundum sanas psychologiae et paedagogiae normas liberam electionem status quocumque modo minuere possint.

§ 2. Apta moderatione spirituali adjuti assuescant alumni ad decisiones personales et responsabiles in luce evangelii faciendas et ad suas varias facultates jugiter excolendas, non praetermissis nullis virtutibus humanae naturae congruentibus.

§ 3. Curriculum studiorum Seminarii minoris comprehendat ea quae in unaquaque natione ad studia academica seu superiora inchoanda requiruntur et, in quantum possibile, etiam ea quae ad ecclesiastica ministeria suscipienda necessaria vel utilia sunt. Communiter curetur ut alumni civilem studiorum titulum consequantur, ut studia etiam alibi prosequi possint si ad id eligendum perventum erit.

§ 4. Alumni provectioris aetatis instituantur sive in Seminario sive in instituto peculiari, accommodatis normis supra §§ 1-3 datis, ratione habita etiam praecedentis uniuscuiusque formationis.

This canon may almost look like a novelty with respect to the initial text and the CIC, which contain hardly any norms in particular for the minor seminary. On the other hand OT and RF have been careful to sketch the physionomy of the minor seminary «suae naturae suoque fini consonam, nec figuram exhibeat alicujus Seminarii Majoris in minorem formam redacti»

(RF 11, n. 60). Canon 5 § 1 above has defined the specific scope of the minor seminary; the present canon deals with formation (cf. OT 3, RF 11-19).

The first three paragraphs speak respectively of the psychological, spiritual, and intellectual formation of the alumni, while the last paragraph regards adult vocations. In § 3, «studia ... quae ad ecclesiastica ministeria suscipienda necessaria vel utilia sunt» means not philosophical and theological studies, but «ea praesertim linguarum, litterarum, scientiarum necnon artium studia quae ad ecclesiastica ministeria suscipienda necessaria sunt» (cf. RF 67). A belated motion to include this specification in order to distinguish the precise academic goal of the minor seminary from that of the major seminary (cf. for this latter, cc. 24, 25) failed to win a majority in the Group (2-4-1), which apparently had in mind for the most part young alumni not old enough for an education in general culture.

Can. 19

§ 1. Si in Seminario, praesertim majori, pro numero alumnorum utiliter consti-tuantur sive in eodem aedificio sive in aedibus propinquis coetus distincti cum pro-prio Praefecto ut cuique magis consulatur, curandum tamen omnino est ut unitas for-mationis et regiminis servetur nec vita in commune Seminarii detrimentum ca-piat.

§ 2. Juris Ecclesiae particularis est normas statuere secundum quas alumni ex-tra Seminarium sive in propriis familiis sive alibi, praesertim studiorum causa, com-morari possint.

§ 3. Caelibes et conjugati ne simul promiscue apud Seminarium hospitentur cum horum familiis.

The unity of formation (and of regimen for that reason) in the seminary is stressed in this canon, which is equally concerned with the diverse needs of different categories of alumni: boarders (§ 1), dayscholars (§ 2), married students (§ 3). For the initial text (cf. *Nuntia* 3, p. 84, c. 26; CIC c. 1370; 972 § 2), all the alumni of the seminary have normally to be boarders, «saltem per integrum sacrae theologiae curriculum, nisi Hierarcha in casibus peculiariibus, gravi de causa, onerata eius conscientia, dispensaverit» (*Nun-tia* 7, p. 69, c. 210 § 1; for the revision of this canon by the Coetus de Sacramentis, see *ibidem*, p. 57, c. 15: «Candidati ad sacerdotium accurate efformentur ad normam canonum NN de Seminariis»). The present canon, attentive to the great variety of Oriental praxis, and in particular having regard for married students, proposes to leave it to Particular Law to give norms regarding lodging outside the seminary, especially for the sake of studies (but also, for example, for holiday, pastoral experiments, and ministry). As regards boarders, § 3 forbids promiscuous quarters for celibate and married students living with their families, if these latter are lodged in seminary buildings; this provision is not of course for dayscholars or extern students. A minority in Group IV (3-4-0) however prefers to omit this § 3 altogether under the persuasion that «non convenit ut haec in jure communi dicantur»; for some consultors the norm is «self evident».

Can. 20

Institutio alumnorum in Seminario majori perficiatur, suppletis iis quae forte in singulis casibus institutioni Seminario minori propria defuerunt, formatione spirituali, intellectuali et pastorali inter se integrantibus, ita ut efficiantur ministri Christi in medio Ecclesiae, lux et sal mundi hujus temporis.

This canon introduces us to the section on the major seminaries, though certain norms given expressly for the major seminary, especially in the matter of spiritual formation (cf. c. 22), may be put to good use also in the minor seminary.

This canon underlines the continuity of formation, perfecting in the major seminary what was imparted formerly. Hence, if in individual or exceptional cases something of the formation proper to the minor seminary (cf. c. 18) is found lacking, it should be made good in the first place (privately, not necessarily through courses organized by the seminary, which would be a burdensome duplication of the task of the minor seminary). The spiritual, intellectual, and pastoral formations should not remain three separate formations but result in one integral formation, namely that of the minister of Christ as a leader in the Church (cf. OT 4, 8, 13; RF 66).

Can. 21

§ 1. Alumni, etsi in Seminario diversi ritus vel plurirituali inscripti, proprio eorum rito instituantur, reprobata quavis contraria consuetudine.

§ 2. Dum sint Seminario de quo in § 1 adstricti, clerici alumnorum rito uti possunt ad normam Statutorum.

If the seminary admits alumni of different rites, it must obviously also be consistent and offer them a formation consonant with their rites. This means, ideally at least, that there are formatores who belong to the same rite as the students. This ideal however is not always realizable in practice, as everyone knows. Realistically then, under pain of refusing admission to students not belonging to the rite or rites of the formatores, another policy may have to be adopted that is perhaps only the second best: biritualism or pluritualism. The canon, taking into account the difficulties inherent in this practice in certain places, does not authorize biritualism in general, but leaves it to Particular Law as determined in the Statutes. In the original draft, in place of «clericis» in § 2 stood «presbyteri», which was changed in order not to exclude deacons; but «clericis» may perhaps be wider than what the Group really had in mind.

Can. 22

§ 1. Ad sacra ministeria adspirantes formentur in Spiritu Sancto consortium familiare cum Christo colere et in omnibus Deum querere, ita ut Christi pastoris caritate impulsi omnes homines dono suae ipsius vitae regno Dei lucrifacere solliciti evadant.

§ 2. Ex Dei Verbo et Ecclesiae Mysteriis seu sacramentis imprimis, directione spirituali, vim pro sua vita spirituali et apostolico labore robur in dies hauriant:

1° Verbi Dei vigili atque constanti meditatione et iuxta Patres fideli illustratione, assuescant alumni ad suam vitam magis vitae Christi configurandam et, in fide, spe et caritate firmati, se exerceant ad vivendum secundum formam Evangelii.

2° Participant assidue Eucharisticae celebrationi, quae appareat et Seminarii vitae sicut est totius vitae christiana fons et culmen.

3° Laudes divinas jugiter celebrare juxta proprium ritum addiscant et ex iis vitam spiritualem alant.

4° Beatissimam Virginem Mariam, quae a Christo Jesu discipulo dilecto Mater data est, filiali pietate prosequantur.

5° Foveantur quoque pietatis exercitia sive quae imprimis veneranda propriae Ecclesiae traditione commendata sunt sive quae, secundum *Rationem Particularem* ad spiritum orationis vocationisque apostolicae robur ac munimen conductant, qualia sunt recessus spiritualis et instructio de sacris ministeriis et exhortatio in via spiritus.

6° Ad sensum Ecclesiae et servitii ejus edacentur alumni necnon ad virtutem obedientiae et ad sociam cum fratribus cooperationem.

7° Ad ceteras quoque virtutes vocationi suae maxime conferentes adiuvantur sicut discretio spirituum, castitas, animi fortitudo; et in universum illas virtutes aestiment atque excolant quae inter homines pluris fiunt et Christi ministrum commendant, cujusmodi sunt animi sinceritas, assidua justitiae cura, spiritus paupertatis, promissis servata fides, in agendo urbanitas, in colloquendo modestia cum caritate conjuncta.

§ 3. Disciplinares Seminarii normae juxta alumnorum maturitatem ita applicentur ut ipsi, dum gradatim sibimetipsis moderari addiscant, libertate sapienter uti, sponte naviterque agere assuescant.

The chief headings of spiritual formation are listed in the present canon: § 1 gives the general scope of spiritual life and the goal of the specifically pastoral spirituality to be cultivated in the seminary; in § 2, from the source (word and sacraments) branch out seven particular items, all guided by spiritual direction and geared to apostolic fruitfulness; § 3 envisages seminary discipline in the service of maturing liberty, which is a dimension of spiritual formation (OT 8-11; RF 44-58).

Can. 23

§ 1. Praeter confessarios ordinarios alii quoque sint designati vel invitati, integro alumnorum jure quemlibet confessarium etiam extra seminarium, salva disciplina, petendi.

§ 2. In judicandis personis, nefas est confessariorum vel Patrum spiritualium votum exquirere.

Source: initial text (cf. *Nuntia 3*, p. 82, c. 16; CIC c. 1361). The Group accepted the proposal of two consultors to place also the Spiritual Father alongside the confessor in § 2.

Can. 24

Institutio doctrinalis eo tendat ut alumni cultura generali loci et temporis calentes ingeniique humani conata atque peracta scrutantes, amplam atque solidam doctrinam in scientiis sacris acquirant, ita ut fidei pleniore intellectu eruditи atque firmati Christi magistri luce homines hujus aetatis efficacius illuminare atque veritati inservire valeant.

Can. 25

§ 1. Studia Seminarii majoris, firmo can. 20, complectantur cursus philosophico-theologicos, sive simultaneos sive successivos, qui cursibus philosophicis saltem biennium adaequantibus, insimul ad minus sexennium comprehendant, et ordinentur ad normam *Rationis Particularis*.

§ 2. Cursus philosophico-theologici initium sumant introductione in mysterium Christi et historiam salutis nec concludantur quin ostendatur, ratione habita hierarchiae veritatum, omnium disciplinarum inter se relatio atque cohaerens compositio.

While canon 24 gives the general direction of doctrinal formation in the major seminary (RF 59), canon 25 introduces its kernel, philosophico-theological formation (Cf. OT 14; RF 62, 63, 90). Canons 26 and 27 will then deal with philosophy and theology respectively.

Presupposing the humanistic and scientific studies proper to each one's culture, a critical examination of the strivings and achievements of the human mind should reveal its limitation and open it to the truth of Christ, received in faith. It is this light that must become the apostolic tool of the future priest (c. 24).

According to canon 25, philosophy and theology may be taught as integrated courses or one after the other, as determined by the Particular Ratio (cf. c. 4 § 3). In any case, the students should be enabled to see how the various courses are related to and complete one another in a harmonious whole (§ 2).

Can. 26

§ 1. Philosophica institutio eo tendat ut formationem humanam perficiat; unde, ratione habita sapientiae tum antiquae tum recentis aetatis sive universae familiae humanae sive praesertim propriae culturae, quaeratur imprimis patrimonium philosophicum perenniter validum; et ita tradantur cursus ut alumni, discretione intellectuali acuta, vera et falsa facilius secernere valeant, et, mente Deo loquenti aperta, theologicas investigationes etiam systematice prosequi possint, et aptiores fiant ad ministeria obeunda, colloquio initio cum excultis quoque hominibus hujus temporis.

§ 2. *Rationis Particularis* est pressius stabilire disciplinas tradendas, tum historicas tum systematicas scientiasque iis affines et breviter indicare conspectum singularum disciplinarum programmatis.

Without prescribing the method of teaching philosophy, the canon points out its scope and function whether in relation to theology or indepen-

dently of it. It is again up to the Particular Ratio to prescribe in further detail the various courses, whether historical or systematic (OT 15, RF 70-75).

Can. 27

§ 1. Disciplinae theologicae, in lumine fidei, sub Ecclesiae magisterii ductu ita tradantur ut alumni doctrinam catholicam ex divina Revelatione haustam profunde penetrent atque in sua cultura rite exprimant ita ut sit et alimentum propriae vitae spiritualis et ad ministerium efficacius obeundum perutile instrumentum.

§ 2. Universae theologiae veluti anima sit oportet Sacra Scriptura, quae omnes disciplinas sacras informare debet; unde doceantur praeter *exegeseos* accuratam methodum capita historiae salutis principalia necnon potiora themata theologiae biblicae.

§ 3. Usquedum unitas quam Christus Ecclesiae suae vult adhuc non plene in ac-
tum deducta erit, oecumenismus vim exercere debet ad omnem theologicam discipli-
nam ut una ex necessariis ejus rationibus.

§ 4. Studiis theologicis saltem integrum quadriennium tribuatur, si vero curri-
culum preelectionum triennio absolvitur, quarto anno incumbant alumni vel ad gra-
dum academicum in scientiis sacris comparandum vel ad profundorem indaginem
specialium quaestionum vel, apto programmate ducti, ad variorum cursuum inter se
integrationem vel denique formationem praecipue pastoralem.

§ 5. *Rationis Particularis* est pressius statuere normas de disciplinis theologicis
principalibus sicuti theologia dogmatica sive positiva sive speculativa seu systemati-
ca etiam Occidentis, liturgia, theologia moralis, spiritualis, et pastoralis, historia ec-
clesiastica et jus canonicum; de disciplinis specialibus, sicuti missiologia et oecume-
nismus.

Sources: OT 16, RF 76-85. In § 5, «etiam Occidentis» implies that what is normally taught is Oriental theology.

Can. 28

§ 1. Professores sacrarum disciplinarum vestigia sanctorum Patrum ac ab Ec-
clesia collaudatorum Doctorum praeclarum Orientis secuti, ex preeclaro thesauro ab
iisdem tradito doctrinam illustrare nitantur.

§ 2. Quamquam in investiganda et exprimenda veritate vera libertate gaudeant
oportet, magistri tamen cum in nomine Ecclesiae doceant prius doctrinam ab ipsa
propositam fideliter tradant quam proprias vel minus certas explicaciones, et in
omnibus constanti Ecclesiae magisterio ac moderationi humiliter obsequantur.

Can. 29

Exigendum est ut de profectu in studiis alumni statis temporibus rationem red-
tant per colloquia, scriptas dissertationes et examina.

Two canons briefly point to the soundness of doctrine to be taught, freedom of research and expression, submission to the authority of the Church, and the need to have some test about the assimilation of what is taught (RF 87, 88, 93).

Can. 30

§ 1. Formatio stricte pastoralis adaptanda est secundum normas *Rationis Particularis* tum ad loci et temporis conditiones tum ad aptitudines alumnorum sive caelium sive conjugatorum tum ad necessitates ministeriorum ad quae sese praeparant.

§ 2. Instituantur alumni imprimis in arte catechetica et homiletica, celebratione liturgica, administratione paroeciae, dialogo evangelizationis non solum cum non credentibus vel non christianis sed et cum christifidelibus minus fervidis, apostolatu sociali et communicationis socialis instrumentorum non posthabitis disciplinis auxiliariibus sicut psychologia et sociologia pastoralibus.

§ 3. Etsi sese praeparant alumni ad ministeria in Ecclesia proprii ritus obeunda, ad spiritum vere catholicum formentur quo ubicumque terrarum ultra fines propriae eparchiae vel ritus in servitium animarum occurrere animo parati sint; edoceantur ideo de universalis Ecclesiae necessitatibus, sed praesertim de apostolatu oecumenismi et evangelizationis.

Can. 31

Ut opportunum est, ad normam *Rationis Particularis* habeantur exercitationes et probations ad formationem praincipue pastoralem firmandam conferentes, sicut servitium sociale vel caritativum, magisterium catecheticum, praesertim vero tirocinium pastorale decursu formationis philosophico-theologicae, et tirocinium diaconale ante ordinationem presbyteralem.

Two canons about the specifically pastoral formation in the major seminary (OT 19-21; RF 94-99).

Can. 32

In programmando institutione sive theologica sive pastorali ratio habeatur quod post seminarium formatio continuanda et ad diem perducenda est; et ad hunc finem Seminarii quoque partes ab iis de quibus in can. 8 § 1 opportune stabiliantur.

About permanent or continued formation, cf. OT 22; RF 100, 101.

Can. 33

Institutio diaconis et aliis ministris ad presbyteratum non destinatis propria ex normis supra datis adaptetur et pressius statuatur a *Ratione Particulari*.

It is left to Particular Law to adapt the present norms to the specific formation of permanent deacons and other such ministers (among whom possibly also the deaconesses).

Can. 34

§ 1. De formatione alumnorum relationem mittat Rector singulis annis ad eorumdem Hierarchas; de statu autem Seminarii ad eos de quibus in can. 10 § 1.

§ 2. Hierarchae suorum alumnorum formationi consulturi frequenter Seminrium visitent, maxime cum agitur de promovendis ad ordines sacros.

§ 3. Ordinandi tempestive edoceantur de obligationibus clericorum atque ad eas laeto animo suscipiendas ac implendas edacentur.

For § 1, cf. initial text, cc. 11, 25 § 3. The rest is obvious enough (OT 5, 9).

* * *

The last two canons could perhaps be considered as belonging in some sense to the section on the erection and regimen of seminaries, as was noted at the end of the same section. The first of these canons has to do with the financial responsibility for the seminary.

Can. 35

§ 1. Hierarcharum de quibus in can. 9 § 1 est curare ut provideatur Seminarii expensis etiam per tributa vel collectas de quibus in cann. NN (*De bonis temporalibus*).

§ 2. Tributo pro seminario obnoxia sunt etiam monasteria ceteraeque domus religiosae quamvis exempta, nisi solis eleemosynis sustententur aut in eis collegium studiorum actu habeatur.

§ 3. Alumnorum sustentationi eorundem Hierarchae curare tenentur.

Taxes and collections in the church are not of course the only ways of raising funds (cf. «etiam»), not even perhaps the most productive ones, but this is not for the code to tell. For the initial text, cf. cc. 9, 10 and 17. The reference in § 1 of the present canon is to two canons *De bonis ecclesiae temporalibus*, which are cited below in their revised form;

Can. 3 § 1. Ius est Hierarchae loci, auditio Consilio administrationis, tributa imponendi personis iuridicis, quatenus necessaria sint ad bonum eparchiae.

§ 2. Tributa vero personis physicis Hierarcha ne imponat, nisi ad normas a Synodo Episcoporum statutas propter extraordinarias Ecclesiae necessitates.

Can. 5 In omnibus ecclesiis proprii ritus quae de facto habitualiter christifidelibus pateant Hierarcha loci praecipere potest ut collectae fiant pro determinatis inceptis Ecclesiae.

In § 2, «actu» implies that though a religious house is or has a collegium studiorum, it may still be taxed if it does not actually function (perhaps owing to lack of vocations) as a collegium studiorum.

As § 3 is worded, it does not forbid that reasonable fees or offerings be obtained from the alumni by their respective Hierarchs.

Can. 36

Foveatur cooperatio cum aliis Seminariis similibusve institutis sive catholicis si-
ve non, secundum normas *Rationis Particularis*, maxime cum illis propinquis.

The final canon encourages cooperation with other seminaries and the
maintaining of good neighbourly and ecumenical relations.

* * *

In conclusion it is not perhaps superfluous to repeat that the schema
presented here is altogether provisional and that the canons have yet to be
polished and improved (surely for the Latin!) and even rearranged in a better
order. This is foreseen for the end of 1979 when the Coetus de Clericis et de
Magisterio Ecclesiastico is scheduled to hold its concluding session.

G. NEDUNGATT, S. J. *Relator*

TESTI INIZIALI PER LA REVISIONE DEI CANONI
De beneficiis ecclesiasticis e De processibus administrativis

Continuando la pubblicazione dei «testi iniziali» per la revisione del diritto canonico orientale iniziata nei *Nuntia* 2 pag. 53, presentiamo al mondo scientifico nelle pagine che seguono lo schema dei canoni *De beneficiis ecclesiasticis* che formavano nel CICO del 1945 il Titulus XVIII, e quello dei canoni *De peculiaribus dirimendarum causarum normis*, che erano compresi nello stesso CICO sotto il Titulus XXII e che per maggiore comprensione si è ritenuto opportuno denominare sopra *De processibus administrativis*. La sezione *De beneficiis ecclesiasticis* è affidata in revisione al Coetus VI («*De laicis, officiis, beneficiis, bonis temporalibus*») della presente Commissione per la Revisione del CICO, mentre quella *De processibus administrativis*, naturalmente, al Coetus X (*De processibus*).

Per quanto riguarda il sistema di pubblicazione di questi «testi iniziali» si segue quello adottato nei *Nuntia* 4, pag. 41 che il lettore è pregato di rileggere.

Va notato inoltre che tutti questi testi si sono trovati nell'archivio della Commissione (purtroppo senza alcuna indicazione delle fonti) così come sono stati approvati dalla «22^a Plenaria» che ebbe la sua ultima sessione il 21 maggio 1948 (cfr. *Nuntia* 1 p. 29).

TITULUS XVIII

DE BENEFICIIS, NOSOCOMIIS, ORPHANOTROPHIIS, ALIISQUE ID GENUS
ECCLESIASTICIS INSTITUTIS

PARS I

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

Can. 1 Cfr. CIC cann. 1409 et 1410

§ 1. Beneficium ecclesiasticum est persona moralis a competenti ecclesiastica auctoritate in perpetuum erecta, constans officio sacro et iure percipiendi redditus ex dote officio adnexos.

§ 2. Dotem beneficii constituunt sive bona quorum proprietas est penes ipsum beneficium, sive certae et debitae praestationes alicuius familiae vel personae moralis, sive stipendia Liturgiarum ab Hierarcha loci beneficiario, ex redditibus piarum fundationum assignata, sive certae et voluntariae fidelium oblationes, quae ad bene-

ficii rectorem spectent, sive, nisi aliter ferat ius particulare, iura, ut dicitur, epetrachilii, intra fines taxationis eparchialis vel legitimae consuetudinis.

Can. 2 Verbatim CIC can. 1413¹: post *consistorialibus* adiungitur *seu non synodalibus*.

CAPUT I: *de erectione beneficiorum*

Can. 3 Cfr. CIC can. 1414

§ 1. Beneficia consistorialia erigit Romanus Pontifex vel Concilium Oecumenicum, salvo iure Patriarchae ad normam can. 264 § 1 et Archiepiscopi ad normam can. 341 § 1.

§ 2. Praeter Romanum Pontificem, Hierarchae, non autem Syncelli sine speciali mandato, in suo quiske territorio beneficia non consistorialia erigere possunt, salvo praescripto can. 264, § 2, 342, 476, § 2, n. 1².

Can. 4 Cfr. CIC can. 1415

§ 1. Ut in CIC

§ 2. Ut in CIC sed adiungitur *licitis ante tutis*.

§ 3. Non prohibetur tamen loci Hierarcha, ubi congrua dos constitui nequeat, paroecias aut quasi-paroecias erigere, si prudenter praevideat ea quae necessaria sunt aliunde non defutura; quo in casu curare debet ut beneficiis ita erectis congrua dos de qua in § 1 quamprimum constituatur.

Can. 5 Verbatim CIC can. 1416

Can. 6 Cfr. CIC can. 1417

§ 1. In limine fundationis fundator potest, obtento, ad validitatem, consensu Hierarchae, condiciones etiam iuri communi contrarias apponere, dummodo sint honestae et naturae beneficii ne repugnant.

§ 2. Condiciones semel admissae supprimi aut immutari ab Hierarcha loci valide nequeunt, nisi agatur de mutationibus Ecclesiae vere favorabilibus et accedat consensus ipsius personae quae fundationem fecit, vel, si agatur de iure fundationis, fundatoris seu patroni.

Can. 7 Verbatim CIC can. 1418

Can. 8 Verbatim CIC can. 1411 n. 2° secunda pars (*autem* omittitur necessarie)

Omnia beneficia, erecta extra ecclesias vel domus religiosorum, in dubio saecularia esse praesumuntur.

¹ CIC can. 1411 non è stato omesso, ma si trova nel «De verborum significatione» ed è promulgato come can. 308 nel Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris». Il can. 1412 CIC è omesso.

² I numeri citati nel testo si riferiscono ai seguenti canoni del Motu proprio «Cleri sancti» il can. 264 = CS can. 248; il can. 341 = CS can. 327; il can. 342 = CS 328; il can. 476 = CS can. 465.

CAPUT II: *De immutatione et suppressione beneficiorum*

Can. 9 Verbatim CIC can. 1419

Can. 10 Verbatim CIC can. 1420

Can. 11 Verbatim CIC can. 1421

Can. 12

Beneficia consistorialia immutare vel supprimere Romano Pontifici vel Concilio Oecumenico reservatur, salvo iure Patriarchae ad normam can. 264 § 1 et Archiepiscopi ad normam can. 341 § 1¹.

Can. 13 Cfr. CIC can. 1422

§ 1. Firmo praescripto can. 264 § 2 et can. 342, unio extinctiva beneficiorum saecularium et eorum dismembratio quae detractis bonis beneficialibus fiat sine novi beneficii erectione, competit Sedi Apostolicae aut, rogante Loci Hierarcha, Patriarchae vel Archiepiscopo. Hierarcha autem Patriarcham vel Archiepiscopum ne roget nisi auditis consultoribus eparchialibus².

§ 2. Unio vero extinctiva beneficiorum religiosorum inter se; unio quaelibet beneficii religiosi cum saeculari et contra; itemque beneficii religiosi translatio, divisio et dismembratio quaelibet spectant ad Sedem Apostolicam aut de consensu Synodi permanentis, ad Patriarcham vel Archiepiscopum, etiamsi agatur de religiosis exemptione pontifici fruentibus³.

Can. 14 (CIC can. 1423 redaz.)

§ 1. Hierarchae locorum, non autem Administrator eparchiae vacantis nec Syncellus sine mandato speciali, possunt, ob Ecclesiae necessitatem vel magnam et evidenter utilitatem, aequa aut minus principaliter unire quaslibet paroeciales ecclesias inter se aut cum beneficio sine cura animarum, ita tamen ut altero in casu, si unio fiat minus principalis, beneficium sine cura animarum sit accessorium.

§ 2. Nequeunt vero beneficium paroeciale unire cum domo episcopali, cum monasteriis, ecclesiis religiosorum aut alia persona morali, nisi ad normam can. 1532⁴, sed possunt illud cum ecclesia cathedrali, quae in territorio paroeciae sita sit, ita unire ut reditus beneficii paroecialis cedant in commodum ipsius ecclesiae, relicta parocho congrua portione.

§ 3. Unio beneficiorum a locorum Hierarchis fieri non potest, nisi in perpetuum.

Can. 15 Cfr. CIC can. 1424

Hierarchae nunquam valide possunt quaevis beneficia, cum vel sine cura animarum, unire, cum detimento eorum qui eadem actu obtinent, ipsis invitis; neque beneficium iuris fundationis cum beneficio liberae collationis sine fundatorum consensu; neque beneficia unius eparchiae cum beneficiis alterius eparchiae, etiamsi ambae eparchiae aequa principaliter unitae ab uno Episcopo regantur; neque beneficia exempta vel stauropegiaca vel Sedi Apostolicae reservata cum aliis quibuslibet.

¹ Si veda la nota al can. 3 per i canoni citati nel testo.

² Si veda la nota al can. 3 per i canoni citati in questo §.

³ L'ultima frase da «etiamsi...» si è trovata in un unico manoscritto del 1948.

⁴ Si tratta del canone precedente.

Can. 16 Cfr. CIC can. 1425

Firmo can. 1433, paroecia, quae ad normam canonis 501, § 1 uniatur, fit religiosa, et Superior ad normam can. 508 potest presbyterum e sua religione ad curam animarum exercendam nominare, sed Hierarchae loci est eundem probare et instituere, eiusque iurisdictioni, correctioni et visitationi ipse subesse debet in iis rebus quae ad curam animarum pertinent, ad normam can. 1433¹.

Can. 17 Verbatim CIC can. 1426: loco quoque legitur *etiam*; omittitur *altaribus vel*.

Can. 18 CIC can. 1427

§ 1. Possunt etiam Hierarchae ex iusta et canonica causa paroecias quaslibet, invitis quoque earum rectoribus et sine populi consensu, dividere, vicariam sui iuris, si a iure particulari admittatur, vel novam paroeciam erigentes aut earum territorium dismembrare.

§ 2. Causa canonica ad divisionem aut dismembrationem paroeciae faciendam habetur, si... etc. ut in CIC.

§ 3. Ut in CIC.

§ 4. Ut in CIC: loco *perpetua ponitur sui iuris*; loco *baptismalem fontem ponitur baptisterium*.

§ 5. Ut in CIC; loco *patronatus legitur fundationis*.

Can. 19

Firmo praescripto can. 264 § 2 beneficiorum non consistorialium suppressio competit Sedi Apostolicae aut Patriarchae vel Archiepiscopo rogante loci Hierarcha et obtento Synodi permanentis consensu. Loci autem Hierarcha Patriarcham vel Archiepiscopum ne roget nisi auditis consultoribus eparchialibus².

Can. 20 Cfr. CIC can. 1428

§ 1. Locorum Hierarchae uniones, translationes, divisiones, dismembrations beneficiorum ne faciant nisi scripto, auditis consultoribus eparchialibus et iis, si qui sint, quorum intersit, praesertim rectoribus ecclesiarum.

§ 2. Unio, translatio, divisio, dismembratio, suppressio facta sine canonica causa irrita est.

§ 3. Adversus decretum quo beneficia uniuntur, transferuntur, dividuntur, dismembrantur aut supprimuntur datur recursus ad Sedem Apostolicam vel, si agatur decretis Hierarchae loci, ad Patriarcham.

Can. 21 Cfr. CIC can. 1429

§ 1. Beneficiis quibuslibet valide nequeunt Hierarchae locorum pensiones perpetuas aut temporarias imponere quae ad vitam pensionarii durent, sed possunt, dum beneficium conferunt, ex iusta causa in ipso collationis actu exprimenda et auditis consultoribus eparchialibus, iisdem imponere pensiones temporarias, quae durent ad vitam beneficiarii, salva huic congrua portione.

¹ Il can. 1433 è il can. 179 nel Motu Proprio «Postquam Apostolicis Litteris»; il can. 501 è il can. 490 nel Motu proprio «Cleri sanctitati», mentre il can. 508 è *ibidem* canone 497.

² Per i canoni citati nel testo si veda la nota al can. 3 sopra; si noti anche che l'inizio del canone «Firmo praescripto can. 264 § 2 et 342» si è trovato in un unico manoscritto del 1948.

§ 2. Beneficiis autem paroecialibus possunt, in commodum tantum parochi vel vicarii sui iuris eiusdem paroeciae officium dimittentis, imponere pensiones, quae tamen ne excedant tertiam partem reditus paroeciae, quibusvis deductis expensis et incertis redditibus.

§ 3. Ut in CIC

Can. 22 Cfr. CIC can. 1430

§ 1. Firmo can. 1532, § 2¹, Patriarcha cum consensu Synodi permanentis, gravi de causa beneficia saecularia convertere potest in religiosa, rogante loci Hierarcha. Hic autem Patriarcham ne roget, nisi auditis consultoribus eparchialibus.

§ 2. Beneficia cum cura animarum ab Hierarchis in beneficia sine cura animarum converti valide nequeunt, nec beneficia religiosa in saecularia, nec saecularia in religiosa.

§ 3. Possunt autem beneficia non residentialia ab Hierarchis locorum in beneficia cum cura animarum converti, dummodo ne obstent condiciones a fundatore expressae.

CAPUT III: *De beneficiorum collatione*

Can. 23 Verbatim CIC can. 1431

Can. 24 Cfr. CIC can. 1432

§ 1. Hierarchae loci, non autem Syncello sine mandato speciali, in proprio territorio competit vi iuris communis, nisi aliud probetur, collatio beneficiorum vacantium.

§ 2. Idem ius spectat ad Patriarcham in locis stauropegiacis, et ad Patriarcham et Archiepiscopum in locis patriarchatus vel archiepiscopatus ubi eparchie vel exarchiae constitutae non sunt.

§ 3. Administrator eparchiae vacantis conferre valide non potest, nec paroecias vacantes, nisi ad normam can. 507, § 2, n. 3, nec alia beneficia perpetua liberae collationis².

§ 4. Si Hierarcha intra semestre ab habita certa vacationis notitia beneficium ex negligentia non contulerit, huius collatio devolvitur ad Sedem Apostolicam vel in patriarchatibus ad Patriarcham, transacto tamen mense a monitione per Patriarcham Hierarchae loci in cassum facta, et auditis Episcopis in curia patriarchali officium cum residentia habentibus.

Can. 25 Cfr. CIC can. 1433

§ 1. Coadiutores et Auxiliarii in beneficiis consistorialibus cum vel sine futura successione constituere potest una Sedes Apostolica, salvo iure Patriarchae ad normam can. 264, § 1, n. 4 et Archiepiscopi ad normam can. 341³.

§ 2. Adiutores in beneficiis non consistorialibus cum futura successione constituere potest Sedes Apostolica aut Patriarcha vel Archiepiscopus in locis sibi propriis.

¹ Si tratta del can. 13 del di questo schema.

² Si tratta del canone 496 § 2 n. 3 del Motu proprio «Cleri sanctitati»

³ Per i canoni citati nel testo si veda la nota al can. 3

Can. 26 (CIC can. 1434 redaz.)

Beneficia Sedi Apostolicae reservata ab inferioribus valide conferri non possunt¹.

Can. 27 Cfr. CIC can. 1435

§ 1. Firmo can. 476, § 2, n. 1, Sedi Apostolicae, quamquam vacanti, sunt reservata sola beneficia quae infra memorantur:

1^a - Beneficia consistorialia, salvo iure Patriarchae ad normam can. 264 et Archiepiscopi ad normam can. 341;

2^a - Quae invalide ob simoniae vitium collata fuerint, firmo can. 282;

3^a - Firmo praescripto § 2, beneficia quibus Romanus Pontifex per se vel per delegatum manus apposuit his qui sequuntur modis: si electionem ad beneficium irritam declaraverit, vel vetuerit electores ad electionem procedere; si renuntiationem admiserit; si beneficiarium beneficio privaverit.

§ 2. At nunquam sunt reservata, nisi id expresse dicatur, beneficia amovibilia aut iuris fundationis laicalis vel mixti².

Can. 28 Verbatim CIC can. 1435

Can. 29 Cfr. CIC can. 1437

Nemo potest beneficium sibi ipse valide conferre.

Can. 30 Verbatim CIC can. 1438

Can. 31 Verbatim CIC can. 1439: in § 1 omittitur *sive et sive in commendam*.

Can. 32 Verbatim CIC can. 1440

Can. 33 Verbatim CIC can. 1441: loco *patrono* legitur *fundatori*.

Can. 34 Verbatim CIC: loco *nonnisi clericis e clero seculari* legitur *saecularibus tantum clericis*.

Can. 35

Beneficiarius debet, intra praescriptum tempus, beneficii legitime ei collati administrationem inire; quod si negligat, fructus beneficii suos non facit.

Can. 36 Cfr. CIC can. 1444

§ 1. Iure particulari accurate determinetur modus quo initium fiat administrationis beneficii a novo beneficiario; a qua norma, Patriarcha et loci Hierarcha, intra cuiusque competentiae limites, ex iusta causa scripto indicata, dispensare possunt. Data dispensatio locum tenet initiae a novo beneficiario administrationis beneficii.

§ 2. Loci Hierarcha praefinit tempus intra quod beneficii administratio iniri debet; quo inutiliter praeterlapso, nisi iustum obstiterit impedimentum, beneficium vacare declaret ad normam can. 145, n. 2³.

Can. 37 Cfr. CIC can. 1443 § 1

¹ La modifica redazionale si è trovata solo in un manoscritto del 1948.

² Per i canoni citati nel testo si veda la nota al can. 3, eccetto per il can. 282 che corrisponde al can. 266 del Motu proprio «Cleri sanctitati».

³ Il can. 145 n. 2 corrisponde al can. 130 n. 2 del Motu proprio «Cleri sanctitati».

Beneficii administratio ne ineatur, nisi emissa fidei professione, si agatur de beneficio in cuius provisione haec fidei professio praescripta sit.

Can. 38 Verbatim CIC can. 1446

CAPUT IV: *De iure fundationis*

Can. 39

In fundatione, fundator aut retinet dominium bonorum aut illud in Ecclesiam transfert: primo in casu habetur ius fundationis proprie dictum; in altero, ius patronatus.

Can. 40

Cum ius fundationis tum ius patronatus, in ritibus in quibus viget, reguntur, salvo praescripto canonum qui sequuntur, normis in probatis Conciliis particularibus statutis; in alios autem ritus introduci nequeunt.

Can. 41

§ 1. In posterum, Hierarcha, ex iure fundationis, ius praesentandi valide concedere nequit fundatoribus, nisi agatur aut de prima provisione, aut de ecclesiis quibus nulla cura animarum adnexa est.

§ 2. Ad concessionem huius iuris praesentandi loci Hierarcha ne deveniat, nisi obtento consensu consultorum eparchialium.

Can. 42

Bona quae quoquo modo fundationem proprie dictam constituunt, in usum vel usufructum et administrationem unius Ecclesiae semper transeunt, neque a fundatore alienari vel ad alium finem destinari valide possut, reprobata contraria consuetudine.

Can. 43 Verbatim CIC can. 1450; loco *eorum liberalitati proportionata legitur ratione habita eorum liberalitatis.*

Can. 44 Cfr. CIC can. 1453

§ 1. Cum ius fundationis tum ius patronatus personale concedi valide non possunt infidelibus, publice apostatis, haereticis, schismaticis, adscriptis societatibus ab Ecclesia damnatis, vel quibuslibet excommunicatis, post sententiam declaratoriam aut condemnatoriam, nec valide ad eosdem transmitti.

§ 2. Cum ius fundationis tum ius patronatus suspenduntur si contingat ut ea transeant ad aliquam ex personis de quibus in § 1.

CAPUT V: *De iuribus et obligationibus beneficiariorum.*

Can. 45 Cfr. CIC can. 1472

Nisi aliter expresse statuatur, quilibet clericus, legitime de beneficio provisus, omnibus iuribus fruitur tam temporalibus quam spiritualibus, quae beneficio adnexa sint; vetatur tamen in idem beneficium se ingerere antequam eiusdem administrationem legitime ineat.

Can. 46

A momento legitimae provisionis, beneficium administratur nomine ipsius novi beneficiarii, et retributio, quae administratori debetur, deducenda ex redditibus beneficii, gravat ipsum novum beneficiarium.

Can. 47 (invenitur in can. 267 § 2 Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris»)

§ 1. Antequam beneficiarius administrationem beneficii de quo provisus est ineat, omnium bonorum quae ad beneficium pertinent fiat accuratum et distinctum inventarium, subscriendum cum a beneficiario qui beneficium dimittit et loci Hierarchae delegato necnon administratoribus de quibus in can. 1122 § 1, tum a beneficiario qui illud init¹.

§ 2. Huius inventarii alterum exemplar conservetur in tabulario ecclesiae in qua est beneficium, alterum in archivio curiae; et quaelibet immutatio, quam bona forte subeant, in utroque adnotetur.

Can. 48 CIC can. 1473 redaz. (cfr. Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris» can. 268 § 2 n. 2)

Etsi beneficiarius alia bona non beneficialia habeat, libere uti frui potest fructibus beneficialibus pro sua honesta sustentatione; obligatione autem tenetur impediri superfluos praesertim pro pauperibus, dein pro piis causis, salvo praescripto can. 200, § 1, n. 19².

Can. 49: §§ 1 et 4 (inveniuntur in can. 267 Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris» ut §§ 3 et 4; §§ 2 et 3 inveniuntur ibidem in can. 268 ut § 2 n. 1 et § 3).

§ 1. Optandum ut beneficiarii omnes, antequam sui beneficii ineant administrationem, coram testibus declarant quaenam bona uti propria habeant.

§ 2. Beneficiarii omnes, fructuum beneficii superfluam partem de qua in can. 1567 si in vita non erogaverint ad normam eiusdem canonis, debent in testamento determinare, ut sub vigilantia Hierarchae loci ad normam canonum erogetur.

§ 3. Beneficiariorum qui ab intestato decesserunt omnia bona atque possessiones, nisi contrarium legitime probetur, praesumuntur esse beneficii vel beneficiario qui decessit intuitu beneficii data.

§ 4. Firmis cann. 1368, § 3, 1382, religiosus qui beneficio saeculari, fruitur, declarationem forma civili validam confidere debet, in qua expresse recenseat bona quae ad normam iuris canonici non beneficiaria sed religionis vel sua sunt; secus his religiosis applicari debet praescriptum § 3³.

Can. 50 Cfr. CIC can. 1475

Beneficiarius debet peculiaria onera beneficio adnexa fideliter adimplere.

Can. 51 Verbatim CIC can. 1478: additur *diligenter ante administrare*.

¹ Il can. 1122 § 1 corrisponde al can. 265 § 1 del Motu proprio «Postquam Apostolicis».

² Si tratta del can. 185 § 1 n. 19 del Motu proprio «Cleri sanctitati».

³ I numeri citati nel testo si riferiscono ai seguenti canoni: 1567 è il canone 48 dello schema presente; il can. 1368 § 3 è il can. 103 § 3 del Motu proprio «Postquam Apostolicis Litteris»; il can. 1382 è il can. 117 dello stesso Motu proprio.

Can. 52 Cfr. CIC can. 1477

§ 1. Sumptus ordinario modo connexi cum bonorum beneficialium administratione et fructuum perceptione, a beneficiario ferendi sunt, nisi aliter legitime constitutum sit.

§ 2. Impensa ad extraordinarias domus beneficialis reparations, ab iis ferendae sunt quibus onus reficiendi beneficiale ecclesiam incumbit, nisi fundationis tabulae, aut legitimae conventiones vel consuetudines aliud caveant aut negligentia beneficiarii extraordinariae eadem reparations factae sint necessariae.

§ 3. Reparationes quae ipsi incumbunt, beneficiarius quamprimum perficiat.

Can. 53 Verbatim CIC can. 1478 (*protopresbyteri = vicarii foranei*).

Can. 54 Verbatim CIC can. 1479: *loco aut successorum in beneficio legitur aut eorum qui in beneficio succedunt.*

Can. 55 Verbatim CIC can. 1480

Can. 56 Cfr. CIC can. 1481

Deductis cuiuslibet generis expensis et salvo praescripto can. 524, n. 1, fructus beneficii vacantis pro dimidia parte accrescunt doti beneficii vel massae communi, pro dimidia parte destinandi sunt reparandae decorandaeque ecclesiae divinoque in ea cultui exercendo, salva legitima consuetudine qua fructus omnes in bonum commune eparchiae erogentur et firma lege particulari¹.

Can. 57 Cfr. CIC can. 1483

§ 1. Bona domus episcopalnis a ceteris eparchiae bonis distincta sint oportet; et, sicuti id factum non sit, in Concilio patriarchali, archiepiscopali vel provinciali quamprimum fiat.

§ 2. Aedes episcopales sartae tectaeque conserventur et, si opus sit, restaurentur et reparentur impensis mensae seu domus episcopalnis, quoties huiusmondi onera ex peculiari titulo aliis non incumbant.

§ 3. Curent quoque Episcopi ut, accurato inventario confecto, utensilia omnia vel bona mobilia aedibus episcopalibus forte addicta atque in domus dominio constituta, ad successorem ex toto secureque transmittantur.

CAPUT VI: *De renuntiatione beneficiorum*

Can. 58 Cfr. CIC can. 1484

Hierarcha ne acceptet renuntiationem beneficii a clero in maioribus ordinibus constituto factam, nisi constet eum necessaria ad honestam sustentationem aliunde habere.

Can. 59 Verbatim CIC can. 1485: *loco dimissio ponitur renuntiatio.*

Can. 60; CIC can. 1486 redaz.

¹ Al can. 524 n. 1 citato nel testo corrisponde il can. 513 n. 1 Motu proprio «Cleri sanctitati».

Renuntiatio beneficiorum facta in commodum aliorum vel sub aliqua condicione, quae ipsam beneficii provisionem aut redditum erogationem attingat, Hierarcha acceptare nequit, nisi in casu quo beneficium sit litigiosum et renuntiatio fiat ab alterutro ex litigantibus in commodum alterius.

PARS II

DE NOSOCOMIIS, ORPHANOTROPHIS ALIASQUE ID GENUS ECCLESIASTICIS INSTITUTIS

Can. 61 Verbatim CIC can. 1489: in § 1 loco *Hospitalia* ponitur *Nosocomia*; in § 2 additur *erigat neque ante approbet*.

Can. 62 Verbatim CIC can. 1490: in § 1 omittitur *pius* et in fine post *bona*, legitur *si contingat ut ipsum institutum extingatur loco casu extinctionis ipsius instituti*.

Can. 63 Cfr. CIC can. 1491

§ 1. Verbatim CIC § 1

§ 2. Verbatim CIC § 2 adiungitur in unico manuscripto anni 1948 *vel patriarchalis post pontificii*.

§ 3. In loca stauropegiaca, praeter vigilantiam de qua in § 2, nulla potestate gaudet Hierarcha loci, firmo tamen onere monendi Patriarcham deabusibus si qui irrepserint, et firmo can. 1197, § 3, pro casu scandali publici¹.

§ 4. Si in instituto huiusmodi recipiantur fideles plurium rituum et in territorio habeantur Hierarchae diversorum rituum, hi, latino non excluso, nisi aliter statutum sit fundatione, convenient inter se de delegando uno ex ipsis ad munus explendum de quo in paragraphis prima et secunda.

Can. 64 Cfr. CIC can. 1492

§ 1. 1° ut in CIC § 1.

2° Quod si agatur de pio instituto stauropegiaco, idem ius spectat ad Patriarcham.

§ 2. Si fundator velit ut administratores nulla teneantur obligatione rationem Hierarchae loci reddendi, fundatio ne acceptetur.

Can. 65 Verbatim CIC can. 1493

Can. 66 Verbatim CIC can. 1493: loco *venia Sedis Apostolicae* legitur *a Sede Apostolica obtenta*.

¹ Al can. 1197 § 3 corrisponde can. 1261 del CIC a cui, a sua volta, corrisponde il can. 8 dello schema *De Cultu divino*, pubblicato nei *Nuntia 7*, p. 97.

TITULUS XXII

DE PECULIARIBUS DIRIMENDARUM CAUSARUM FORMIS

Can. 1 CIC can. 2142 redaz.: loco *acta quae legitur acta; haec autem.*

Can. 2 Verbatim CIC can. 2143: loco *suffragiorum numerum ac motiva legitur singulorum suffragia.*

Can. 3 Verbatim CIC can. 2144 sed § 1 finem habet verbo *prohibentur.*

Can. 4 Cfr. CIC can. 2146

§ 1. A decreto causam definiente unicum datur iuris remedium, recursus intra decem dies ad Sedem Apostolicam vel ad Patriarcham.

§ 2. In casibus de quibus in paragrapho praecedenti ad Apostolicam Sedem vel ad Patriarcham omnia acta processus transmittenda sunt.

§ 3. Pendente recursu, Hierarcha paroeciam vel beneficium a quo clericus amotus sit, alii stabiliter conferre valide nequit.

CAPUT I: *De modo procedendi in remotione parochorum inamovibilium*

Can. 5 Cfr. CIC can. 2147

§ 1. Parochus inamovibilis a sua paroecia amoveri potest ob causam, quae ipsius ministerium, etiam citra gravem suam culpam, noxiū aut saltem inefficax reddit.

§ 2. Hae causae sunt praesertim quae sequuntur:

1° - Insania, a qua ex peritorum sententia perfecte et sine relabendi periculo sanus fieri non posse videatur; aut ob quam parochi existimatio et auctoritas, etiamsi convaluerit, eam penes populum fecerit iacturam, ut noxiū iudicetur eudem in officio retinere;

2° - Imperitia et ignorantia quae parociae rectorem imparem reddat suis sacris officiis;

3° - Surditas, caecitas et alia qualibet animi et corporis infirmitas, quae necessarii curae animarum officiis imparem in perpetuum vel etiam per diuturnum tempus sacerdotem reddant, nisi huic incommodo per vicarium adiutorem occurri congrue possit ad normam can. 527¹;

4° - Verbatim CIC n. 2;

5° - Verbatim CIC n. 3 loco *crimine ponitur delicto.*

6° - Verbatim CIC n. 4 loco *crimen ponitur delictum.*

7° - Verbatim CIC n. 5 loco *sive legitur bis vel.*

Can. 6 Cfr. CIC can. 2148

§ 1. Verbatim CIC, sed omittitur *scripto vel ore tenus* (cfr. § 2).

§ 2. Invitatio scripto facienda regulariter² est. Potest tamen aliquando, si tutius et expeditius videatur, verbis fieri ab Hierarcha, adsistente aliquo presbytero, qui

¹ Questo canone si riferisce al canone 516 del Motu proprio «Cleri sanctitati».

² Regulariter si legge nell'unico manoscritto del 1948; in altri manoscritti precedenti al posto di regulariter si trova generatim.

notarii munere fungatur ad normam can. 2442¹. Una cum invitatione ad renunciam debent parocho patefieri causae seu ratio ob quam invitatio fiat, argumenta quibus ratio ipsa innitatur, cauto ne nomina patefiant recurrentium vel testium, si ii secretum petierunt, aut, etiamsi secretum non petierunt, si ex adjunctis praevideatur eos vexationibus facile expositum iri.

Can. 7 Verbatim CIC can. 2149

Can. 8 Verbatim CIC can. 2150: in § 1 loco *paroeciae* legitur *beneficio paroeciali*.

Can. 9 Verbatim CIC can. 2151

Can. 10 Verbatim CIC can. 2152

Can. 11 Verbatim CIC can. 2153; § 2 incipit *Parochus in interponendo recursu potest...; loco prima vice legitur primum.*

Can. 12 Cfr. CIC can. 2154

§ 1. Amoto parocho Hierarcha, examinatoribus vel parochis consultoribus qui partem habuerunt in amotione decernenda, in consilium adscitis, pro viribus consultat sive collatione alius paroeciae sine tamen novo examine vel concursu, aut assignatione alius officii vel beneficii, si ad haec idoneus sit, sive pensione ad normam can. 1540, § 2, prout casus ferat et adjuncta permittant².

§ 2. Ceteris paribus, in provisione favendum magis renuntianti quam amoto.

Can. 13 Cfr. CIC can. 2155

Negotium novae provisionis parochi amoti nisi Hierarcha amotionis decreto expedierit, id facere debet quamprimum nec ultra bimestre.

Can. 14 Verbatim CIC can. 2156: loco *oeconomico* legitur *vicario Administratori*.

CAPUT II: *De modo procedendi in remotione parochorum amovibilium*

Can. 15 Verbatim CIC can. 2157 § 1: omittitur *quoque*.

Can. 16 Verbatim CIC can. 2158: loco *paroeciae* ponitur *beneficio paroeciali*.

Can. 17 Verbatim CIC can. 2159: loco *reddat* ponitur *alleget*.

Can. 18 Verbatim CIC can. 2160: loco *comminata amotione* legitur *simulque amotionem comminetur*.

Can. 19 Verbatim CIC can. 2161; loco *tenetur* legitur *debet*.

¹ Si tratta del can. 1 di questo TITULUS.

² Il can. 1540 § 2 è il can. 21 del TITULUS XVIII *De beneficiis...* cfr. sopra a pag. 88.

CAPUT III: *De modo procedendi in translatione parochorum*

Can. 20 Verbatim CIC can. 2162 *sed post consentiat adiugitur translatio facienda est omissa examine vel concursu.*

Can. 21 Cfr. CIC can. 2163

§ 1. Parochum inamovibilem Hierarcha invitum transferre nequit, nisi speciales facultates a Sede Apostolica vel, si ita iure particulari constitutum sit, consensum Patriarchae obtinuerit. Hoc altero in casu Hierarcha ad normam § 2 procedat.

§ 2. Parochus vero amovibilis, si paroecia *ad quam* transferendus est non sit momenti nimio inferioris, etiam invitus transferri potest, servatis tamen praescriptis canonum qui sequuntur.

Can. 22 Verbatim CIC can. 2164

Can. 23 Cfr. CIC can. 2165 (potius redaz.)

Hierarcha, si, non obstantibus allatis causis, iudicet a proposito non esse receendum, debet, ut valide agat, super iisdem causis audire duos parochos consultores, et cum iisdem perpendere adiuncta in quibus versatur tum paroecia a qua amovendus est parochus tum paroecia ad quam transferendus est, et rationes quae translationis utilitatem aut necessitatem suadent. Attentius Hierarcha rem consideret cum inter unam et alteram paroeciam magnum sit intervallum.

Can. 24 Verbatim CIC can. 2166

Can. 25 Verbatim CIC can. 2167

CAPUT IV: *De modo procedendi contra clericos non residentes*

Can. 26 Verbatim CIC can. 2168: § 1 incipit *clericum, qui... omissis Parochum Canonicum aliumve.*

Can. 27 Verbatim CIC can. 2169; post *beneficium* adiungitur *vel officium.*

Can. 28 Verbatim CIC can. 2170; *pro gravitate culpae* omittitur.

Can. 29 Verbatim CIC can. 2171

Can. 30 Verbatim CIC can. 2172

Can. 31 Cfr. CIC can. 2173

Si clericus qui paroeciam aliudve beneficium amovibile vel officium obtinet intra praescriptum tempus non redierit, Hierarcha statim declarare potest illud vacare; si redierit, Hierarcha det ei praeceptum ne rursus discedat sine scripta sua licentia sub poena privationis paroeciae aliasve beneficii amovibilis vel officii ipso facto incurrenda¹.

¹ Il testo si trova nel foglio dell'ufficio per l'ultima sessione della XXII Plenaria, 21 genn. 1948. Tuttavia da relativi verbali non appare con tutta chiarezza se il testo vi è stato approvato o no, pertanto si riporta qui il testo precedente (dall'unico manoscritto del 1948): Si clericus qui officium vel beneficium amovibile obtinet intra praescriptum tempus non redierit, Hierar-

Can. 32 Cfr. CIC can. 2174 et 2175.

§ 1. et 2 ut in CIC

§ 3. Si non redeat, Hierarcha beneficium vacare declarat; si redeat, Hierarcha idem det praeceptum de quo in can. 2473¹. Neutro in casu Hierarcha beneficium etc. ut in CIC can. 2175.

CAPUT V: *De modo procedendi contra clericos concubinarios*

Can. 33 Verbatim CIC can. 2176

Can. 34 Verbatim CIC can. 2177

Can. 35 Verbatim CIC can. 2178

Can. 36 Verbatim CIC can. 2179

Can. 37 CIC can. 2180 redaz.

Clericum qui beneficium inamovibile non habet, etsi parochum, inobedientem Hierarcha statim... etc. ut in CIC.

Can. 38 Verbatim CIC can. 2181

CAPUT VI: *De modo procedendi contra parochum in adimplendis paroecialibus officiis negligentem*

Can. 39 Cfr. CIC can. 2182

Parochum qui officia paroecalia de quibus in can. 519, § 1, 520, § 1, 544, 546, 559, 1116, 1202, 1207-1211, graviter neglexerit aut violaverit, Hierarcha moneat, in memoriam eius revocans et strictam obligationem qua eius conscientia oneratur et poenas in haec delicta iure statutas².

cha statim declarare potest paroeciam vacare; si redierit Hierarcha det ei praeceptum ne rursus discedat sine scripta sua licentia sub poena privationis beneficii paroecialis ipso facto incurrenda.

¹ Si tratta del canone precedente.

² I canoni citati nel testo corrispondono a quelli citati nel CIC can. 2182, ma si aggiungono i numeri 1202, 1207-1211 che corrispondono ai canoni del CIC che non sono menzionati nel can. 2182. Qui si da la concordanza di tutti i canoni citati sopra con quelli del CIC.

Can. 519 = CIC can. 467 Can. 559 = CIC can. 1344

Can. 520 = CIC can. 468 Can. 1116 = CIC can. 1178

Can. 544-546 = CIC can. 1330-1332 Can. 1202 = CIC can. 735

Can. 1207-1211 = CIC can. 1268-1272.

La diversa disposizione dei canoni è dovuta alla diversa divisione del progettato CICO. La concordanza dei sopracitati canoni con lo *ius vigens* degli orientali cattolici e dei «testi iniziali» pubblicati nei *Nuntia* è la seguente:

Can. 519 = CS can. 508

Can. 1116 = *Nuntia* 7

de locis et
temporibus sa-
cris can. 19

Can. 40 Verbatim CIC can. 2183; loco *facultate* ponitur *libertate*; loco *notabile* ponitur *non breve*.

Can. 41 Cfr. CIC. can. 2184

Si et correptio et punitio in *irritum* cesserint, Hierarcha, probata, ad normam can. 2482¹, perseverantē ac culpabili officiorum paroecialium omissione vel violazione in re gravi parochum amovibilem a sua paroecia statim amovere potest; parochum vero inamovibilem beneficij fructibus ab Hierarcha in ipsius paroeciae bonum spirituale impendendis vel pauperibus distribuendis, pro gravitate culpe ex toto vel ex parte privet.

Can. 42 Verbatim CIC can. 2185

CAPUT VII: *De modo procedendi in suspensione ex informata conscientia*

Can. 43, CIC can. 2186 redaz.

§ 1. Ut in CIC²

§ 2. Extraordinario hoc medio Hierarcha uti nequit nisi gravis causa impeditat quominus ad iuris normam procedatur.

Can. 44 Verbatim CIC can. 2187

Can. 45 Verbatim CIC can. 2188

Can. 46 Verbatim CIC can. 2189; loco *ut, ex. gr. oeconomus* legitur *ut vicarius administrator, ille adiungitur ante qui.*

Can. 47 Verbatim CIC can. 2190

Can. 48 Verbatim CIC can. 2191 exceptis § 3 nn. 2 et 3:

2° - Si ipsem clericus minis aut alia ratione impeditat ne iudicium instituantur aut inceptum perficiatur;

3° - Si iudicio confiendo ferendaeque sententiae impedimenta exoriantur ex adversis civilibus legibus aut gravi scandali periculo.

Can 49 CIC can. 2192 redaz.

Suspensio ex informata conscientia ferri potest etiam si ex pluribus delictis unum tantum sit occultum.

Can. 50 Verbatim CIC can. 2193

Can. 520 = CS can. 509

Can. 544-546 = *Nuntia* 3 pp. 72-73
cann. 2-4

Can. 559 = *Nuntia* 3 p. 75 can. 9.

Can. 1202 = *Nuntia* 4 p. 43 can. 5

Cann. 1207-1211 = *Nuntia* 4 p. 70-71
cann. 4-8

¹ Si tratta del canone precedente.

² § 1 corrisponde *verbatim* CIC in un unico manoscritto del 1948; in altri documenti si aggiunge «seu munere» dopo «ab officio».

Can. 51 Cfr. CIC can. 2194

Si clericus recursum a suspensione sibi inficta interponat, Hierarcha ad Sedem Apostolicam vel ad Patriarcham, mittere debet probationes quibus constet clericum delictum revera perpetrasse quod extraordinaria hac poena puniri queat.

Curavit IVAN ŽUŽEK S.J.

NOSTRE INFORMAZIONI

In adempimento di quanto promesso a pag. 110 di *Nuntia 7*, si comunica ai nostri gentili lettori che la composizione dei gruppi di studio programmati per l'anno in corso è la seguente:

COETUS CENTRALIS

Rev. P. Joannes Žužek S. J., Relator
Exc. mus DD. Dominicus Caloyer O.P.
Ignatius Mansourati
Petrus Rai
Michael Doumith
Rev. mus Chorrep. Joseph Sarraf
Rev. Archim. Joseph Ferrari
Elias Jarawan
Rev. D.D. Joseph Prader
Nerses Michael Setian
Rev. D. Georgius Orioli
Ernestus Semaan
Rev. P. Samuel Asghedom S.O.C.
Sophronius Mudryj O.S.B.M.
Georgius Nedungatt S.J.
Joannes Řezáč S.J.

COETUS DE EPISCOPIS

Rev. P. Joannes Žužek S.J., Relator
S.B. Ignatius Batanian
Exc. mus DD. Marius Brini
Antonius Joubeir
Ignatius Mansourati
Petrus Rai
Garabed Amodouni
Andreas Sapelak
Rev. mus. DD. Aemilius Eid
Rev. D. Winfried Aymans
Edmundus Przekop
Ernestus Semaan
Rev. P. Georgius Dejaifve S.J.
Petrus Duprey P.B.
Ill.mus D. Richardus Potz

COETUS DE PAROCHIS

Rev. D. Georgius Orioli, Relator
Exc.mus DD. Emmanuel Delly
Jeronimus Chimy O.S.B.M.
Moyses Daoud
Chucrallah Harb
Anarghirus Printesis
Rev. Archim. Joseph Ferrari
Elias Jarawan
Rev. DD. Elias El-Hayek
Andreas Sinal
Rev. D. Romanus Danylak
Joannes Seman
Joseph Vadakumcherry
Rev. P. Joannes Rezàš S.J.
Ill.mus D. Honoratus Bucci

COETUS DE MAGISTERIO ECCLESIASTICO

Rev. P. Georgius Nedungatt. S.J., Relator
Exc.mus DD. Michael Doumith
Joseph Michael Dudick
Joachim Herbut
Vartan Tekeyan
Rev. Archim. Georgius Eldarov O.F.M. Conv.
Lucianus Malouf O.B.S.
Rev. DD. Renatus Metz
Nerses Michael Setian
Rev. D. Cyriacus Parampath
Gabriel Stefanos
Rev. P. Aloisius Ligier S.J.
Ill.mus D. Carolus G. Fürst
Ill.mus D. Joannes Gaudemet

COETUS DE RELIGIOSIS

Rev. P. Samuel Asghedom S.O.C., Relator
Exc.mus DD. Dominicus Caloyer
Stephanus Bello
Cyriacus Malancharuvil
Eustachius Joseph Mounayer
Nasrallah Sfeir

Rev. Archim.	Theodorus Minisci O.B.I.
Rev. DD.	Nerses Michael Setian
Rev. D.	Georgius Orioli
	Cyrillus Vogel
Rev. P.	Joannes Chrysostomus O.S.B.
	Sophronius Mudryj O.S.B.M.
	Placidus Podipara C.M.I.
	Clemens Pujol S.J.
	Joannes Řezáč S.J.
	Samir Khalil S.J.
	Athanasius Welykyj O.S.B.M.

COETUS DE PROCESSIBUS

Rev.mus Chorep:	Joseph Sarraf, Relator
Rev. Archim.	Elias Jarawan
Rev. DD.	Aemilius Eid
	Stephanus Bentia
	Georgius Hafouri
	Joseph Hitti
	Joseph Prader
	Ignatius Raad
	Robertus Senetsky
	Andreal Sinal
Rev. D.	Joannes Hollòs
Rev. P.	Bernardus Siegle

Il giorno 11 gennaio il Santo Padre ha ricevuto in udienza il Vice-Presidente di questa Commissione, Sua Ecc.za Miroslav Marusyn insieme al Segretario della medesima, Padre Ivan Žužek S.J., con i quali si è degnato intrattenersi in un colloquio di mezz'ora.

In questa occasione, tra l'altro, si è avuto modo di dare al Santo Padre un'ampia relazione sull'andamento e sullo stadio raggiunto dai lavori di revisione.

In data 3 aprile il Santo Padre ha onorato con la sua Augusta persona i locali della nostra Commissione. Al ripiano dell'ascensore era ad attenderlo il Vice-Presidente Mons. Miroslav Marusyn con il Segretario, Padre Ivan Žužek, S.J.

Il Santo Padre ha mostrato grande interesse per i lavori di revisione del Codice di diritto canonico orientale e vivo compiacimento per lo stadio da essi raggiunto. Nel corso della visita ha altresì rivolto ai singoli componenti l'organico della Commissione parole di incoraggiamento e di augurio per una sempre più feconda attività e di soddisfacimento per la loro devota collaborazione e il loro spirito di dedizione al servizio della Santa Sede. Successiva-

mente il Santo Padre si è incontrato, nella sala delle riunioni, con un gruppo di consultori facenti parte del Coetus Centralis, che in quel giorno era in seduta e al quale ha impartito l'Apostolica Benedizione.

Al termine della visita dei diversi uffici che hanno sede nel palazzo, il Santo Padre ha rivolto un breve discorso a tutti gli officiali invitati in un'aula del Segretariato per i non Cristiani, richiamando l'attenzione soprattutto sul fatto che questi organismi sono di recente costituzione e voluti dall'«indimenticabile Paolo VI».

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
CITTÀ DEL VATICANO

C/C post. 00774000

**NOVA VULGATA
SACRORUM BIBLIORUM**

EDITIO

Volumen, forma in 8°, ut dicitur, insigne, 2160 pagg. continens, tegumento «balakron» contectum, in fronte et in tergo titulos exhibens aureis litteris impressos,

venit lib. It. 40.000

Hoc magni momenti opus, e Pauli VI voluntate a peritorum virorum Consilio susceptum, ad finem est feliciter perductum, et a Ioanne Paulo II promulgatum. In quo conficiendo veteris textus Vulgatae editionis, quantum fieri poterat, est ratio habita, is vero prudenter emendatus, ubi a primigeniis exemplis deflectit vel ea minus recte interpretatur.

Haec editio, quam Ioannes Paulus II «typicam» declaravit, non solum usui liturgico et pastorali destinatur, sed etiam fundamentum quoddam potest haberi, in quo studia biblica hac aetate exercentes innitantur.

NUNTIA

Commentarium cura et studio

PONTIFICIAE COMMISSIONIS CODICI IURIS CANONICI ORIENTALIS RECOGNOSCENDO
editum

prohibit bis in anno et quoties utilitas id postulare videbitur

*

Directio: penes Pontificiam Commissionem Codici Iuris Canonici Orientalis Recognoscendo

*Direction et rédaction: Commission Pontificale pour la révision du code de droit canon oriental
(Via della Conciliazione 34, 00193 Roma)*

*Administration: Libreria Editrice Vaticana, Città del Vaticano
(c.c.p. N. 00774000)*

	Abbonamento annuo Abonnement annuel Annual subscription	Annate arretrate Années précédentes Past years	Un fascicolo arr. Un fascicule préc. Single numbers p.y.
Italia	L. 5.500	L. 11.000	L. 6.000
Extra Italia	L. 7.000 (\$ 11)	L. 11.000 (\$ 15)	L. 6.000 (\$ 10)

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
CITTÀ DEL VATICANO

C/C post. 00774000

INSEGNAMENTI DI PAOLO VI
Vol. XVI - 1978

Lit. 15.000

*

ENSEIGNEMENT DE PAUL VI
1978

Lit. 7.500

*

PABLO VI
ENSEÑANZAS AL PUEBLO DE DIOS
1978

Lit. 7.500

*

ENSINAMENTOS DE PAULO VI
1978

Lit. 7.500

*

INSEGNAMENTI DI GIOVANNI PAOLO I

Lit. 4.500

*

JUAN PABLO I
ENSEÑANZAS AL PUEBLO DE DIOS

Lit. 4.000

*

ENSEIGNEMENT DE JEAN PAUL I

Lit. 4.000

*

L'ATTIVITÀ DELLA SANTA SEDE - 1978

Lit. 25.000

*

LETTERA ENCICLICA
REDEMPTOR HOMINIS

DEL SOMMO PONTEFICE
GIOVANNI PAOLO II

Testo nelle lingue: *polacca, latina, francese, inglese, portoghese, spagnola, tedesca* Lit. 2.500

Testo in lingua: *italiana* Lit. 1.200